in ſuis ſermonibus de tpe ⁊ plures alij. Valebit etiã alio mõ ſic: vt ex verbis precedentibus euangelium imediate fiat introductio. qz vt plurimuz ipſa precedẽtia ſunt introductoria/ vel cauſa aut occaſio illius de quo in ſeqntibus fit mẽtio. Vnde quorundaz ſatis famoſorum infallibilis eſt regula/ vt aiũt: q in textibus autenticis/ maxime ſacre ſcripture/ precedentia introductoria ſunt reſpectu ſequentium. Hoc ipo enim q textus eſt/ habet ordinem debitum: idcirco precedẽtia ſunt introductoria in ſequentia. Et ſm hũc modũ poſſetis ſic facere introductionem. Chariſſimi: p ingreſſu in materiam hodierni euangelij/ libeat parumper aduertere verba hunc textum in originali immediate precedentia: ex quibus quaſi ex fronte radice vel origine: melius patebit intelligentia huius hodierni euangelij ⁊ verborum thematis inde ſumptorum. Sic ergo habeꝫ in textu ante verba hodierni euangelij in originali ⁊c. venendo per illa ad ꝓpoſitũ meliori modo aptando ⁊c. Valebit etiam iſte modus in feſtis ſaltem chriſti: ⁊ preſertim vbi ſunt ſibi ꝓpinqua: vt natiuitas chriſti/ circũciſiõis/ epõie/ purificationis. Sili' paſſionis/ reſurrectionis/ ⁊ aſcẽſionis ac etiã pentecoſtes: vbi per continuationem ſequentis ad precedentem fieri põt introductio ſatis cõuenienter: vt quotidie videtis. Dixit aũt ꝓpinqua: qz introductio debet eſſe ex imediatioribus: ſicut ⁊ ſcientia ex immediatis procedit.

Quartus modus introducendi eſt p faciez ſenſibilẽ ſiue ſimilitudinẽ/ aut familiare exemplũ. Et iſte modus bñ videꝫ valere: qz ſenſibiles facies ⁊ ſiñitudines ſũt multũ manuductiue ad intelligẽtiam eoꝝ quorum ſunt facies. Et ille modus eſt indubitanter ex notioribus: que eſt natiua via Videtur etiam vtilis. Quia dicit Augu. in de doctrina chriſtiana. Que per ſimilitudinem dicuntur/ libentius ſuſcipiuntur. Idcirco multi antiqui doctores ⁊ ſancti patres/ ad omne quod dicunt ſolent facies adducere ſenſibiles: vt melius que dicturi ſunt capiantur: vt ex his que animus nouit mauducãtur in cognitionẽ eoꝝ que nõ nouit. Talis aũt facies vel ſenſibiles exemplum p qõ introducere volueritis/ debz precise ipi

principali apte deseruire. Verbi gra. In festo sancte crucis de armis principis: que ei⁹ intuitu honorant. In festo dedicationis p triplicē introducere possetis faciem. s. schole/apothece/taberne. Itē p euāgelijs vbi miracula ꝓtinentur: possetis per faciē illā introducere/quō ardua ꝛ insolita conscribi ꝛ litteris demādari solent: Modo nō minus diligēs voluit iueniri sancta ecclesia/xp̄i spōsa/erga spōsum suū in eius arduis actis cō scribēdis. Itē Dñica. xvj. post Trinitatis/p faciem illā de dño tpali respectu serui sui volētis alteri adherere. Itē in magnis festis/p faciē de magnis rebus: que vel grādem fructu⁹/vel ingens gaudiū afferūt: quoꝝ dies nōnūqꝫ gaudiosius peragun tur. De quibus omnibus exempla spāluter ponere/ breuitatis causa obmittit: qꝛ p illis ad varios sermologos recursum habere potestis: si non volueritis met inuenire et cogitare iuxta regulas datas.

¶ Cautela.

Introductio nō sit nimis breuis: nec nimis lōga. Nam si totus ſmo debita gaudere ꝺz breuitate: nō videt ꝓgruere i ipo ei⁹ exordio nimis effluere. Itē oia q̄ ibi narrant sacre scripture auctoritatib⁹ q̄tū possibile ē ad sufficiētiā muniant. Hoc tñ sciatis: qꝛ multi his tpib⁹ non vtunt introductiōe: ſ statim explanato themate/ad diuini auxilij ꝓcedūt inuocationem.

Consideratio duodecima. De inuocatione diuini auxilij.

PEmo quantacunqꝫ ingenij altitudine/memorie capacitate/intellectus profunditate prepollens/de sua propria debet virtute confidere: cum ꝛ sepe magnum ingenium magnorum initium fuerit malorum: ꝛ raro magni errores nisi ex magnis ingenijs prodiere. vt inquit Franciscus petrarcha laureat⁹ poeta/in de remedio vtriusqꝫ fortune. c. vij. vel dialogo. vij. videlicet de ingenio. Quapropter ad illū recurrēdū est q̄ ē dux sapientie ꝛ sapientum ementator. Sap̄. vij. Cui alludit quod notauit Jobes de peni. diſ. iij. Si ex bono. Ex ope celesti fit quicquid habetur honesti.

Et venit a superis quid agas vel quid mediteris. A quo qui non petit sapientiā: perit ꝓpter suā insipientiam. Baruth. iij. Ad hoc. xj. q. iij. Ve qui dicitis: qm̄ non in hominū flatu/neq; in ꝓpria virtute (q̄uis vera) sed in ipso virtutum omniū auctore gloriandum est. vt Franciscus prefatus libro vbi supra ca. xj. de opinione. Nemo etiam tam eloquēs / tam eruditus/ tam sciens/tam facundus/tam prudens/tam sapiens / tam sagax: qui supna nō indigeat illustratione. Ad hoc. xlvij. dis. §. necesse est in fi. Et Aug. scribēs contra Macedoniū inquit: q̄ quedam acutissima ⁊ excellentissima ingenia /tanto in maiores ꝓlapsi sunt errores: quāto diffidētius de suis viribus presumpserūt. Credere em̄ se sapientē: primo: ad stulticiam gradus est ꝓximus. Franciscus vbi supra. Et magnum temeritatis ⁊ p̄sumptionis vitiū est: contempto dño/de sue sapientie virib⁹ presumere. l. di. si quis prepostera. Cū ⁊ cuiuscūq; sapientis ꝓpriū sit/suā nosse ac fateri impfectionē. vt ait idē Frāciscus vbi supra. Vñ ⁊ Aug: in li. de vera religione inquit: Non valet omne bonū quod fit absq; deo. quo etiā pretermisso nullum rite fundatur exordiū. vt dicit Boetius. iij. de conse/ ꝓsa. ix. in fi. Cui nihil difficile: et sine quo nihil est possibile: vt ait Aristoteles de regimine principū. facit. xxiiij. q. iiij. §. deterius. Et Plato ī timeo dicit: Omibus mos est ⁊ q̄si quedam regula: qui vel de maximis / vel minimis aliq̄d dicturi sunt: p̄cari ad auxiliū diuinitatē. xxiij. q. iiij. q̄ fm. Itē si apl's. ij. Corin. iij. dicit: Nō sumus sufficiētes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. quāto magis preciosum ⁊ nobile verbum dei: nō sufficimus ex nobis rite dispensare. Ad hunc igitur recurrendū est ꝓ auxilio /qui dat verbū euangelizantibus virtute multa. Ps. lxvij. Hinc dicit Aug. in de doctrina christiana/huius rei apiens necessitatē: Si regina Hester ꝓ sue gentis tpali salute locutura ad regem: orauerit vt in os eius cōgruū sermonē dñs daret: quāto magis orare debet. vt tale munus accipiat qui ꝓ eterna hominū salute ī verbo ⁊ doctrina laborat. Hinc etiā Guil. parien. in sua rhethorica diuina postq̄ dixit: Officia aūt docēdi ⁊ p̄dicādi sunt/ in quib⁹ ꝯsistit residuū militie clericalis/adiungit. De quib⁹

nullatenus dubites: q nec recte/nec laudabiliter exerceri possunt: nisi doctores ecclesiasticos virtus orationis adiuuet/ & dirigat incessanter &c. Modus autē implorandi diuinū auxilium/ potest fieri p orationē dominicā vel salutationē angelicā: vel aliud deprecatoriū ecclesie verbum. Cōmuniter tamen fit per angelicā salutationē/ hoc vel simili modo dicendo: De hoc vel isto charissimi ppono instruere deuotionē vestram. Vel sic: Ista sunt verba thematis: aut ista fuerunt verba proposita: de quibus aliqua documenta seu veritatis notabiles et catholicas vobis dicere proposui. Sed quia hoc nō preualet humana insufficientia: aut humanū verbum prolatum: nisi virtutem tribuat verbum increatum: sine quo nihil facere possumus: vt habetur Joh. xv. Ideo rogemus christum: vt nobis donet meditari & loqui quod ad ei⁹ cedat honorē ac nostram salutem & edificationē. Et vt hanc apud eum gratiā cōsequamur p mediatricē & gratie eius inuentricē matrem eius benedictam salutem⁷ eam dicētes: Aue gratia plena. Vel alio modo vsitato magis placente.

Quando autē diuinum auxilium implorādū sit/ varius est modus. Aliquibus enī pposterū esse videtur: cum post introductionē inuocatur diuinū auxilium. Sed statim post thematis ppositionē eā facūt/ & ante introductionem. pptera/ quia Boetius dicit: q eo ptermisso nullum rite fundatur exordiū. Et Alberthus magn⁹ vt superius allegatur dicit. Antecedētia instruendos duo sunt. s. salutatio: & oratio &c. Alij vero themate ppositio & salutatione/ cū resumptione thematis in vulgari lingua pmissis/ statim pcedunt ad introductionē: vt verba thematis introducantur: & populus intelligat de qua materia sermo futurus sit. Et postea pcedunt ad inuocationē diuini auxilij. Et sic vidi valētes doctores seruare: etiam preceptores meos quoz vnus fuit doctor Johannes henlin de lapide/ canonicus & predicans maioris ecclesie Basilieñ. doctor theologus Parisieñ. &c. Et ita seruare cōsueui aliqñ. Sed si opponitis contra me de dictis auctoritatibus Boetij & Alberti &c. Respōdeo: verū est de exordio cōtinua-

tiuo seu completiuo: nō autē initiatiuo ꝛc. Vel dicamus: q̄ p̄dicator anteq̄ aliquid de sermōe seu themate ꝓposuit: per inuocationē sancte trinitatis: videlicet per illa verba: In nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti: Amen. preces effudisse dicitur. Postea vero cū p̄ introductionem materia predicāda ostensa est: predicator preces effundit: ꝛ ab auditoribus effundi p̄catur ad virginē Mariam: aut ad deū patrem/filium/spiritum sanctū: vel aliquem ciuiū supernoꝝ: vt rebus dicendis ꝛ audiendis fauere dignet ꝛc. Et tunc sermonē suum deducere conetur ꝛc. Non tamen est magna vis/si ante vel post introductionem inuocatio diuini auxilij fiat. Maior tamē cōmoditas mihi videtur: dum post introductionē fiat nobiscum. quia genibus flexis populus inuocat diuinum auxiliū: ꝛ bene. ꝛ postea q̄ surrexerit: statim saltem dominicis diebus euangelij textū in vulgari lingua ꝓponere solemus. Et q̄uis sedere possent ad predicationem euangelij homines: cum anima sedendo et quiescendo fit prudens: tamen sicut in officio misse dum euangelium canitur/stare solent homines: vt in .c. apostolica. de cō secra. distin. j. sic etiam erecti permanent vt plurimū: ad significandū q̄ sola lex euangelica dirigit nos ad celos ꝛc. Et tunc sedere solent recitato euāgelio ad finem: ꝛ populus est magis quiet⁹. Alioquin ad inuocationem diuini auxilij in principio surgerent ꝛ orarent: postea sederent: vsq̄ ad introductionem factam: ꝛ iterum surgerent ad euangelium: quod mulieribus saltem incommoditatem generaret.

Consueuit autem oratio dirigi ad deū sub patrocinio beate Marie virginis/tanq̄ ducis diuini verbi: vt que ꝓtulit nobis increatū/sua intercessiōe verbū ꝓcreet creatū. Petitur autem in huiusmodi oratione loqui ꝛ audire quod sit ad honorē dei ꝛ laudē seu honorē sancti/de quo p̄dicat in festiuitatibus sanctoꝝ: ꝛ ad salutem ꝛ consolationem audientium

Cautela.

Non debz predicator negligere studiū ꝓpter orationis/vel diuini auxilij confidentiā: aut ꝓsumere de suffragio diuino hoc mō. q̄uis em̄ omnia dat dñs: sed non per

cornua taurum. Ideo non debetis negligere diligens studiū ad proponendum verbum dei populo. Jactant se aliqui: q̄ in vna hora velint se disponere ad vnum sermonem q̄tumcunq; longum: qui stulticiam suam in publicum mihi prodere vidē tur. Nam valentes ꝛ famosos doctores ac predicatores egregios vidi: qui dicebant ad min⁹ tres horas se habere necessario oportere pro quolibet sermone in studio. Vidi etiam doctorem qui in cathedra dixit ad octo vel plures/imo quattuor decim dies pro vno sermone studuisse. Non ergo nimis desides sitis in studio: sed assiduis lucubrationibus insistatis

Consideratio .xiij. De diuisione thematis vel dicendorum: ꝛ sub diuisione.

Consequēter de quinta pte sermonis que est diuisio/dicendum. Diuisio igitur est distinctio materie dicende in partes: ad confusionem vitandaz in dicendorum multitudine: ꝛ ad dicēdorum ordinem aliquo modo constituendum: Vbi enim multitudo/ibi cōfusio. Jōo radix ordinis est distinctio: quā facit ipsa diuisio.

Valet diuisio ad
- Acceptionem faciliorem
- Euidentiam planiorem.
- Memoriam firmiorem

Et sic diuisionis est multiplex vtilitas ꝛ fructus. Aduertendum tamen: q̄ in sermone ad populum: nōoportet/precipue ipsum thema semper diuidere: nisi esset tale/ q̄ multum intelligibiliter et sufficienter tota materia dicenda posset sub eius membris comprehendi: et q̄ predicans in eo vel eius membris vellet residere. Sed sufficit diuidere ipsum textum euangelij/vel epistole/vel materiam dicendam quecunq; fuerit: eo modo quo magis simplicibus congruit ꝛ intelligibilius erit. quia diuisiones planiores et minus subtiles pro simplicibus sunt vtiliores. Poterit autē principali diuisioni sic p̄ludiari. Charissimi: quia in hoc themate aut in hoc euangelio seu epistola/vel hodierna festiuitatis materia plura sunt cōprehēsa/

de quibus omnibus rationabiliter est dicendum: Ideo ipsum prius volo diuidere. vt res ipsa propter distinctionem sit intelligibilior: & propter ordinem. cuius distinctio radix est /sit ad retinēdum facilior &c. Ordo enim retinet memoriam. Expedita vna parte diuisionis/concludatur sic dicendo: Et tātū de illa parte: que fuit de hoc/vel hoc/siue isto: vt sic pateat simplicibus clarior distinctio sequentium a precedentibus: et vitet confusio materiarum partium diuisionis. Et si plura notabilia in parte diuisionis expedita sunt: potest in fine fieri epilogatio satis conuenienter.

Signa diuisionis
- Alius
- Alia
- Aliud

Exemplum preceptorū/aliud
- Affirmatiuum
- Negatiuum.

Termini apti diuisionibus.

Anagogice	Allegorice	Tropologice	
Spiritualis	Spiritualis	Temporalis	
Eternalis	Supernalis xp̄i ad	Corporalis	
Celestis	Vniuersal' eccl'iz	Particularis	ad animā
Infernalis	Sacramētal'	Virtualis	
Gaudiosus		Moralis	
Penalis		Vicios⁹	
Luctuosus			

Cautela.

Cauēdū ē ne p̄dicās thema suū in nimias p̄tes diuidat. quod cōtingit qñ diuisio numerū quaternarīū excedit. Cū em̄ auditores semp gaudeāt breuitate: & in ipso sermonis exordio deterrent & abhorrēt audire / bñ ex quinq; vel numero amplior. p̄dicator p̄mittit seu p̄tendit se locuturum. Est autē modus competens vt suum thema diuidat in tria: si talis diuisio suo themati competat: vel ad magis ad quattuor: cum sit abundans. Itē p̄dicantibus modernis etiā pla-

cet: q diuisiones fiant in cōsimiles syllabas: vt si dicatur: Iste sanctus est admirabilis: venerabilis: imitabilis ꝛc.

Subdiuisio aūt est alicuius mēbri mediantibus signis vlterior partitio.

Exemplum diuisionis.

Preceptor aliud
- Cerimoniale.
- Judiciale.
- Morale.

Exemplum sub diuisionis:

Moraliū aliud
- Affirmatiuū.
- Negatiuū.

Distinctio est totius thematis vl' alicuius textus punctualis discretio.

Signa distinctionum

duo	duplex	primo
tria	triplex	secūdo
q̄ttuor	q̄druplex	tertio

Subdistinctio est alicui⁹ mēbri mediantib⁹ signis distinctiuis vlterior partitio.

Itē diuisio ꝛ distinctio sīl' subdiuisio ꝛ subdistinctio differunt solū ratione signor. Cū volēs distinguere textū aliquez/ cuilibet psone attribuat suam actionem ꝛ passionem.

Cautela.

Q̄n expedit ī mēbris diuisionis vel aliquo eor' aliq̄n subdiuisionē facere: cauēdū est i mēbris subdiuisionis a terminis numeralibus vel/ autē/ als/ valde. Bona eñ distinctio membror subdiuisionis a mēbris diuisiōis p̄ncipalis fieri debet: ne cōfundat audiētā simpliciū q̄ faciliter putarent membrum subdiuisionis esse p̄incipalis diuisionis: vel econtra. Nec vos moueat si in expositoribus ꝛ postillatoribus/ aut sermologis sic inueniatis: quia hoc n̄ oēst ideo factum vt sic ad populum p̄dicando obseruare debeatis.

Itē Bon auē. sup sniās dicit: Minutie diuisionū fugiende sunt: quia distrahunt ꝛ segregāt mentem a principali.

Consideratio.xiiij. De prosecutione partium diuisionis.

EXequo ista ps de ꝓsecutione seu deductione partiū diuisionis est maxima: ꝛ se habet vt corpus totius sermonis ꝛ venter. ideo in ea sufficienter et late ipsum principale ꝑm sui ambitū quātū opus est ꝛ tēpus patitur/est prosequēdū ꝙ partes diuisionis que facta ē: et in vna parte sic se succingenduz est/ ꝙ etiam in alia ea que necessaria sunt dici possint: si tamen ꝙ ipsi principali suscepto negocio fideliter ꝛ sufficienter inseruiat: ꝛ ad eius cōmodum cuncta alia referātur. Tñ sequit: ꝙ qui collecturus est sermones: si nescit preter necessaria/et ipsi proposito parum vel nihil deseruientia preterire: sed vult vnumquodq; occurrentiū acceptare: ille necessario cogit̄ per hunc modum principale negocium insufficienter expedire. quod tamen est magnum vitium in omni processu. Nam aliqui nescientes se in principali negocio sufficienter extendere/propter ignorantiam/vel inexperientiam coguntur vndecunq; sic se iuuare: ꝛ quecunq; sibi occurrentia acceptare: vt in materia possint abundare: Item prosequendo partes principales diuisionis: ipsum principale negocium exequimur. Pro cuius legitima executione deseruiunt ea que infer ius de amplificatione ꝛ dilatatione dicuntur ꝛc̄.

Cautela prosecutionis

Quia predicare est arborizare: vt infra dicemus: cauendum est summopere in membris diuisionis / vel etiam in membris subdiuisionis: si sint ibi membra subdiuisionis/a materijs omnino impertinētib⁹ ipsi ꝓncipali. Quia cum membra diuisionis sint vt rami: fructus doctrinarum in eis tradendarum participare debet naturā stipitis: id est principalis: vel saltem attributionem ad ipsum habere debet.

Consideratio quindecima. Q predicatio assimilatur arbori.

SIcut in libro Bartholomei anglici/de ppie.rer.li.xvj.dicit: Arbor realis ꝓcedit ex radice p venas introducẽtes ad truncũ: ⁊ tũc adiutorio solis et pluuie seu celestiũ virtutũ/trũcus p dictum humorem in principales ramos pullulat. Adhuc autem principales rami i alios ramos secundarios multiplicantur. Sic assimilando predicationem arbori reali/dicimus ꝙ predicatio ex themate tanq̃ ex radice cõscendit p venas sicut p introductionẽ/ad inuocationem diuini auxilij: sine quo nihil fieri põt: vt dicit Job. xv. quia nõ sufficit bonitas seminis aut seminatoꝛ ad fructificandum sine adiutorio solis: pluuie aut celestiũ virtutum. Nã. ij. de generatione dicit Aristo. Motus solis ⁊ aliarũ planetaruꝫ in obliquo circulo/est causa generationis ⁊ coꝛruptionis istoꝛum inferioꝛũ. Et. j. meteoꝛoꝫ dicit idẽ Aristo. Totus mũdꝰ iste sensibilis contiguus est lationibus superioꝛibus: vt tota virtus eiꝰ inde gubernet. Sic nec sermo p̃dicatoꝛis aliqd valere poterit sine beneficio diuine gratie. Unde Moyses scripturus canticũ/nomen dñi inuocauit dicens Deut. xxxij. Concrescat in pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiũ meũ: quia nomẽ dñi inuocabo tẽ. Deinde truncꝰ ex introductione et diuini auxilij inuocatione: in ramos p̃ncipales diuidit: hoc est in principales partes sermonis. Postea ille principales partes in alios ramos multiplicantur: vt in figura arboris hic videre potestis.

Libri Primi


Subdiuisio
Amplificatio
Partiũ diuisiõis Con
psecutio et ampli clu-
ficatio sio
Subdiuisio
Amplificatio
Diuisio
Intro Diuini au
ductio xilij implo
thema ratio.
Thematis re
sumptio.
Salutatio ppli
Thema

Consideratio .xvi. De amplificatione sermonis. A

Prosequēdo similitudinē sermonis ad arborē: considerandum ꝙ arbor postq̄ in secundarios ramos germinauerit/adhuc per ramusculos amplificat̄ ⁊ dilatatur. Sic ⁊ p̄dicatio nō debet semp̄ in sola diuisione thematis ⁊ subdiuisione mēbroꝝ ꝑsistere: sed oportet aliquando ipsam vlterius amplificari et dilatari per modos inferius designatos: vt decenti modo texatur. Sūt aūt quindecim modi quibus sermo amplificatur seu

Nominis interpretationem
Verborum discussionem
Synonymoꝝ multiplicationē
Concordantias auctoritatum
Expositionē multiplicē ⁊ sensum variū
Comparationes
Dilatatur, scz ꝑ Varias compositiones
Rerum proprietates
Similitudines
Oppositorum assignationes
Diuisionem in partes
Rationationem
Colores rhetoricales
Causas et effectus
Questiones ⁊ dubia

Primo amplificatur sermo nominis interp̄tatione/diffinitione/seu descriptione aliter et aliter. Nominis interp̄tatione: attēdendo diligēter an nomen quod ī themate vel auctoritate aliqua positū est/habeat plures interpretationes. ⁊ tūc illā q̄ magis ad suū ꝓpositū ꝯducit/assumat: omissis alijs. Verbi gr̄a: Israel interpretat̄/videns deū: vel princeps cū deo: vl̄ fortis discretio dei. Si ergo ī auctoritate habes hoc nomen/israel: ⁊ predicator velit loqui de fortitudine: assumat vltimam interpretationem eius: ⁊ dimittat alias que ad forti

tudinē nō ptinent. Posset tñ duas aut tres interpretatiōes assumere: put oportunū fuerit ad suū ppositū prosequēdū. Puta sic: Iste sanctus. A. vere figurat p Israel: qz fuit videns deū/ per sublimē cōtemplationē. Et qz fuit princeps cū deo /z p ecclesiasticā prelationē. Itē quia fuit fortis discretio dei/p populi cōmissi regulationē. Ecce qualiter facta est regulatio p oēs interpretationes hui⁹ nois/israel. Si vero per diffinitiōem aut descriptionē nominis velit p̄dicator sermonē dilatare: caueat ne dum partes diffinitionis aut descriptionis explanare conatur/nimis a suo pposito dilabat. Potest tamen exponere diffinitionē aut descriptionē nomis abstracti loco nominis concreti: z dilatare sermonem explanando singulas partes descriptōis. Verbi gratia. Si fuerit auctoritas exponenda: Beati qui habitāt in domo tua dñe. subdatur diffinitio beatitudinis sic: Beatitudo est status omniū bonoruz aggregatione p fectus. Deinde explanetur quomodo in celesti domo perficietur intellectus prime veritatis. Item perficietur affectus per fruitionem summe bonitatis. Itē quietabit desideriū adeptione omnis desiderabilitatis. Ecce qualiter ex diffinitione nominis btitudinis/subsecuta est ista dilatatio sermonis. Aduertat etiā p̄dicator: q auctoritates que in sermone adducuntur/cōsonent vocaliter cū ipso nomine quod diffinit seu describitur. Necz oportet q concordet cū ipsis diffinitis. Verbi gratia. Si fuerit auctoritas: Justicia ante eū ambulabit. Et diffinitur seu describitur sic: Justicia est virtus reddens vnicuiq; qđ suū est. Debemus autem quedam deo: quedam proximo: quedam nobisipsis. Non debet predicator concordare debere vel reddere/per que diffinitur seu describitur iusticia: qđ est ipsum diffinitū: Debet etiam predicator cauere: ne indifferenter velit omnia diffinire seu describere: cum hoc non tantū pertineat ad theologum quātum ad phm. Poterit autem cōuenienter diffinire virtutes/vicia/pctā z species eorum: beatitudinem et alia que solent frequentius a predicatoribus seu theologis in predicationibus pertractari: plus tamen et minus debet fieri fm capacitatem auditorum. Cauere pariter: ne posita alicuius nominis diffinitione/velitis assignare ge-

nus ⁊ differentiam vel similia: qz talia plus ad disputantes ꝙ ad predicantes pertinent. B

Secundus modus amplificandi seu dilatā di sermonē/fit per discussionem verboꝝ: qui modus non soluz fit in verbis thematis/sed etiam in verbis auctoritatuz inductarum. Cum ergo verba thematis vel auctoritatuz inductarū vult predicatoꝛ discutere: primo debet aduertere quot clausulas habeat auctoritas illa. Secundo ordinem clausularum seu etiam verboꝝ. Tertio vero singula verba considerare sm modum infra descriptū. Cū vo auctoritas habet plures clausulas: videat predicatoꝛ si pōt numerū clausularū cōpare ad numerū virtutū vel vitioꝝ: vel ad partes penitentie/vel similiū. Verbi gratia: cum dicimus: Sancti per fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiā: adepti sunt repromissiones/ in christo. Hec auctoritas habet tres clausulas. Prima clausula pōt exponi ad fidem credentiū: secūda ad spem: tertia ad charitatem. sic: Sancti vicerūt regna. i. grauissimas psecutiones tyrā noꝝ virtute fidei vicerunt. Operati sunt iusticiā. i. opa iusta propter spem eterne btitudinis pfecerūt. Adepti sunt repromissiones. i. diuinaz beatitudinem q̄ debeꝫ charitati/ pceperūt. Si aūt auctoritas habet duas clausulas: poterit predicatoꝛ applicare ad duas vitas: scz actiuā/⁊ ꝓtēplatiuā: vl̄ ad stolas/anime scz ⁊ coꝛpis: vel ad duas ptes charitatis. s. ad amoꝛē dei/ ⁊ ꝓximi: vel ad duo testamēta. s. ad vet⁹/⁊ ad nouū: vel ad duo necessaria ad salutē: que sunt fides/⁊ opa ⁊c̄. Itē si auctoritas habet tres clausulas: poterit p̄dicatoꝛ coaptare illas ad tres virtutes theologicas: scz fidem/spem/⁊ charitatē: vl̄ ad tres vires aie. s. rōnalē/irascibilē/⁊ cōcupiscibilē: vel ad tres ptes penitētie: scz ꝓtritionē cordis/oris pfessionē/⁊ opis satisfactionē. Vl̄ ad tres status hoim. s. incipientiū/ꝓficientiū/⁊ pfectoꝝ: vel ad tria vicia que regnāt in hoc mūdo. s. cōcupiscentia carnis/ concupiscentia oculoꝝ/⁊ supbia vite: ⁊ sic de alijs per numerum ternariū multiplicatis. Si vo quattuoꝛ sunt clausule alicuius auctoritatis: adapteꝫ quattuoꝛ virtutib⁹ cardinalibus: scz tpantie/iusticie/prudētie/⁊ foꝛtitudini: vl̄ q̄ttuoꝛ passiōib⁹

principalibus. de quibus dicit Boeti⁹ in fine p̄mi libri de cō-
sola. philosophie: Gaudia pelle: pelle timorez: spemq; fugato
nec dolor assit. Vel quattuor v̄tutib⁹ seu dotib⁹ corporis glo-
riosi. s. impassibilitatis/subtilitatis/agilitatis/ꝛ claritatis. Et
s̄m hūc modū debet predicator adaptationē facere de alijs nu
meris. Scd̄o modo debet attendi ordo clausularum seu ver
boꝝ. Exēpli gr̄a. ij. Timoth̄. iiij. scribitur: Tu vero vigilia: in
omnibus labora: opus fac euāgeliste. Quia pri⁹ debet homo
vigilare ad custodiam sui: ꝛ laborare in operibus penitentia
libus: ꝛ postmoduz fieri aliorum doctor. qd̄ pertinet ad opus
euangeliste. Et sicut in hac auctoritate ꝯsiderandus est ordo
clausularū: ita pōt attendi ordo singuloꝝ v̄boꝝ. Puta si dicat̄
illud Matth̄. v. Qui fecerit ꝛ docuerit: hic magnus vocabit̄
in regno celoꝝ. Hic premittit̄ facere ꝛ subditur docere. qꝛ pri⁹
exigit̄ in p̄dicatione bona vita: ꝛ postea sana doctrina. Ter
tio debet p̄dicator singula verba inducte auctoritatis discute
re: videlicet quare hoc: quare illud ꝛ nō aliud: quare sic ꝛ non
aliter. Verbi gr̄a in hoc ps̄. Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū habita-
re frēs in vnū. Dicat̄ sic: Bn̄ dicit̄ sic: Ecce. qꝛ vnanimitas ꝛ cō
cordia fratrū lucet ꝓximis in exemplū edificationis. Et bene
dicit: ꝛ q̄ iocundum. qꝛ est in solatiū ꝯsolationis vel societatis.
q̄ bonū: quia ipsi met est incōmodū ꝯuersationis. Item bene
Item cōuenienter vtriq; istoꝝ addit/q̄: qꝛ vix potest estimari
vtilitas vtriusq;. Itē bn̄ dicit/habitare: non salutare/vl̄ loqui:
qꝛ facile est hominē insolentē modicū loqui dulcia: sed non est
ita facile ipsum habitare seu cohabitare diu cū socijs in vnuz.
Itē bn̄ dicit fratres in vnū/nō dominos: qꝛ equalitas multum
valet ad pacem cohabitantium ꝛc̄. Et sic poterit etiam verba
alterius cniuslibet auctoritatis discutere. Ad hunc modū am-
plificandi sermonē reducitur: cum predicator considerat ver-
bum a quo dependet sententia totius auctoritatis: ꝛ s̄m q̄ illi
verbo competit/dilatet sermonē ꝑ quattuor vl̄ pauciores cau-
sas. Unde causa efficiēs respicit verbū actiuū ex parte suppo-
siti. Causa vero materialis a parte appositi. Causa autem for-
malis a parte modi agentis vel actionis / quem verbum im-
portat. Causa vero finalis est propter quam agens agit.

Nunc ergo si predicator velit amplificare seu prolongare sermonē a parte cause agentis: consideret diligenter illa quibus solet vel potest cōpetere actio importata per verbū in themate vl alia auctoritate exponēda positū: ꝛ fm similitudinē ad illa amplificet sermonem. Verbi gratia. Dilexit nos dominus Notate: quia verbum principale in hac auctoritate est/dilexit Consideret ergo predicator quibus competit diligere/et quidem diligere competit benigno domio/pio patri/ꝛ fideli amico. Potest ergo ex dicta auctoritate sermo dilatari: sic. Dilexit nos deus sicut domin⁹ benignus: sicut pater pius: sicut fidelis amicus. Et cum adducte fuerint auctoritates ad singula membra huius similitudinis: poterit sufficiēter sermo amplificari. Si autem velitis ex pte cause materialis dilatare sermonem: consideretis illa in que actio importata per verbū in auctoritate positum solet trāsire: ꝛ p similitudinē ad illa dilatetis sermonem. Verbi gratia: qꝛ dilectio solet transire in filios/in seruos/amicos: sermo potest prolongari per similitudinem ad istos hoc modo: Dilexit nos de⁹ sicut filios: sicut seruos: sicut amicos. Qꝛ si velletis ex parte cause formalis amplificare sermonem: consideretis modos qui solent competere actioni importate per verbum in themate vel auctoritate positū: ꝛ fm illos prolongare sermonē. Verbi gratia. Dilectio debet esse vera/firma/fructuosa. quia illis quos diligimus volumus bonū Ex predicta ergo auctoritate potest sermo dilatari sic: Dilexit nos deus veraciter/firmiter et vtiliter. Vnde modus dilatandi sermonem per aduerbia que determinant modum actionis importate per verbum facilis est ꝛc. Qꝛ si amplificare sermonem placeat ex parte cause finalis: aduertatis que sint illa propter que/vl ad que solet talis actio fieri. Verbi gratia. Solemus amare homines ad diuersa bona. deus autem potest omnia bona conferre. vnde ex dicta auctoritate sermo dilatari potest ex parte cause finalis hoc modo: Dilexit nos deus ad bona gratie: vel ad bona glorie. Et sic sermo potest dilatari p vnam causam tantum: vel per duas/tres aut plures: sicut predicatori commodosius et fructuosius videtur. Et sciatis qꝛ ille modus amplificandi sermonez non solum in verbis/sed etī-

am in participijs fieri potest. sicut si loco illius verbi dilexi/di ceretur: Eram vos diligens qz omnia predicta de verbo possent etiam ad participium adaptari.

Tertio modo amplificatur sermo synonimorum multiplicatione. Dicunt autē synonima: que manente vno significato per voces diuersificant. quod cōtingit duobus modis. Uno modo per incomplexa: vt ensis/mucro/gladius. Alio modo per complexa: vt frustra niteris: inuanum laboras: incassum agis. Et licet vtroq; modo predicator vti poterit: tamē complexis synonymis precipue sermo decorat: qō in materia querulosa/laudatiua ꝛ exhortatiua specialiter est faciendum. In materia querulosa: vt si pertractemus verbuz Job/quo dicitur: Homo natus de muliere/breui viuens tempore/replet multis miserijs. Amplificemus per synonyma sic: repletur miserijs/qz premitur angustijs: circūdatur erumnis: molestatur aduersis: anxiat periculis: ꝛ sic in consimilibus.

Laudādo possumus eis conuenienter vti ad nostri sermonis ornatum. vt si laudādo aliquē sanctū doctorem dicimus: Vere iste sanctus fuit lux errātiū: lumē ignorantiū. lucerna deuiātibus. Uel si laudando aliquā virtutē dicim⁹: Hec virtus mētē decorat: aiam ornat: conuersationē honestat: gratiā manifestat. In exhortationibus ad imitandū exempla maiorum sic multiplicantur synonyma. Emulemur bonos: imitemur sanctos: sequamur iustos: consideremus sanctorum patrum exempla. Hoc exhortationis modo vsus est ps̄. Exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Sic ꝛ ecclesia in officio misse vtitur cum dicit: Bone voluntatis laudamus te. glorificamus te ꝛc̄. Et hic modus in latinis sermonibus ostēdit hominē maxime copiosam. Sciendum tñ: cā in locutione seu p̄dicatione geminantur synonyma: nō oportet p̄dicare sin gillatim singula repetendo: vel ad partes singulas auctoritates adducendo: sed inculcatis synonymis pertransire. Ne aūt synonymorum multiplicatio fastidium auditoribus generet: non expedit plus q̄ semel/vel bis fm exigentiam materie per singula predicationis membra synonymis abundare.

Quarto modo amplificatur seu plongatur sermo p cōcordantias auctoritatuz. et hoc tribus modis. Aut cñ auctoritas inducta concordat cum themate in sententia/ꝛ nō in voce: aut in voce/sed nō in sententia ꝼm sensum litteralē: sed potest coaptari ꝼm aliquē sensum spiritualē: Aut in voce ꝛ sententia. Si autē nec in voce/nec in aliquo sensu auctoritas inducta cum themate concordat: potius erit derisō q̄ concordia. ℔rimus modus: videlicet cū auctoritas inducta concordat cū themate in sententia/ꝛ nō in voce: apud quosdā modernos multum viguit. ℔otest autē cōueniēter fieri: qñ post vnā auctoritatē concordantē in voce cū themate/ad sermonis dilatationē traducit alia concordans expresse in sentētia: ꝛ nō in voce. Ut assumatur hoc thema: Ecce rex tuꝰ venit tibi mānsuetus. Et premissa diuisione dicatur sic: Mansuetudo christi maxime apparuit in eius passione: iuxta illud Hieremie. xj. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Deinde subditur. De sua autē mansuetudine loquitur dominus Matthē. xj. Discite a me: quia mitis sum ꝛ humilis corde. Ecce quomodo secunda auctoritas concordat cū themate in sententia/ꝛ nō in voce satis decēter. In hoc tamē casu plus debet predicator insistere ad exponendū primā auctoritatē q̄ consonat in voce/q̄ secundā que in voce dissonat ꝛ in sententia cōsonat. Et eodē modo fieri potest: quādo auctoritas iducta post auctoritatē vocalem est figuratiua respectu thematis. Ut assumatur hoc thema/quod scribit nr̄ ad Romanos. ij. Dicētes se esse sapientes/stulti facti sunt. Et post diuisionē thematis adducatur vocalis sic: Stulti sunt sapientes mundi: qz sapiētia mundana ducit ad mortē eternā. iuxta illud Roñ. viij. Sapientia carnis mors est. Unde ꝛ Geñ. iij. loquitur. q̄ collocauit dominus cherubin ad custodiendā viaz ligni vite. Cherubin interpretat sciētie plenitudo. Cherubin ergo viam ligni vite claudit: qz sciētia seu sapientia mūdana claudit multis viaz intrandi ad verā vitā. Ecce qualiter post auctoritatē vocalē dilatari pōt sermo p aliā auctoritatē q̄ nec in voce nec i sensu litterali cōcordat cū themate. Scōs aūt modꝰ. ſ. q̄ auctoritas

consonet themati in voce / ꝛ non in sensu litterali difficilis est: eo ꝙ oportet auctoritates inductas exponere fm aliquem spiritualem sensum: ꝛ hoc nō est facile nouo p̄dicatori. Valet autem ad hoc multum noticia librorꝫ beati Gregorij: qui in suis moralibus hoc modo vsus est. Non est etiam curandum ꝙ exponendo auctoritates predicator deuiet a principali proposito: dūmodo ad instructionem audientiuꝫ ꝛ vtilitatem eorum ea que occurrerint rimetur: et deinde propositi sermonis cursum resumat. Caueatis tamen ne assumatis auctoritatem aliquam in sensum penitus contrarium sensui litterali. Sed pro exemplo illius modi secundi capiamus hoc thema. Vas electionis est mihi iste: vt portet nomen meum. Actuū. ix. Premissa diuisione dicat sic. De isto vase potest exponi quod habetur. Exo. xvj. Sume vas vnum: ꝛ mitte in illud man. Vas vnum Paulus fuit assumptus ad virtutem fidei ꝛ collationē charitatis. In quo vase missum est man: id est nomen christi: quod propter dulcedinē man dicitur. Ecce quomodo hec auctoritas inducta consonat themati in voce / ꝛ non in sensu litterali. sed bene in morali. Tertius vero modus / scz ꝙ auctoritas consonat themati in voce ꝛ sñia / pulcher est: ꝛ non indiges magna expositiōe. Vt sumēdo hoc thema. Actuum. xj. Erat vir bonus / plenus spiritusancto ꝛ fide. ꝛ tunc post diuisionem dicatur sic: Fuit iste sanctus. N. vir bonus / propter tolerantiam. iuxta illud Jacobi: Beatus vir qui suffert tentationem. Ecce ꝙ auctoritas illa est consona in voce: ꝛ nō indiget expositione in sententia. Notandum tamen: ꝙ isti duo modi sepe cōmiscent adinuicez: ita ꝙ sumat auctoritas que consonat in voce / vel sententia: vel econtra. Illi vero qui delectantur p̄dicare p distinctiones morales: conari debēt ꝙ mēbra suaꝫ distinctionū ꝓbēt p auctoritates vocales: qz iste modus conuenientior ē. Aduertēdū tñ: si habeat aliq̄d ideterminate i themate: pōt sermo dilatari p auctoritates ꝺterminātes ipm thema. Vt ꝓponat hoc thema Eccl. xxxvij. Qui abstinēs fuerit / adipiscietur vitā. Deinde subdat sic. De q̄bus aūt hō debet esse abstinēs / recitat Petrus apls. j. Pet. ij. dicens: Obsecro vos tanq̄ aduenas ꝛ peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis.

Quod etiã Paulus apls ad Thessal. demõstrat dicẽs: Hec est voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione. Ecce quõ id qõ indistincte cõtinet in themate: determinat p auctoritates inductas quib⁹ sermo dilatat. Item aliqui cõcordant auctoritates de tot dictionib⁹ in themate positis in quot partes ipsuz thema diuiserũt. Alij vo tm̃ de vna dictione: z satis pulchre: tm̃ vtrunq; facere põt p̃dicator: fm q ei plus videt cõferre ad vtilitatẽ z fructũ animarũ: qui prudencialiter in sermone attendi debet: z tm̃ de cõcordantijs auctoritatum. De aplicatione vero auctoritatũ seu allegatione: in ferius consideratione. xvij. dicetur. E

Quinto amplificatur sermo expositione multiplici z sensu vario. vñ vt superius in. v. cõsideratione dictum est: quattuor modis sacra scptura exponit: q̃uis non in qualibet parte recipiat oẽs q̃ttuor sensus: sed qñq; quattuor quãdoq; tres: quãdoq; duos: qñq; vnũ tm̃. Et sic amplificat seu dilatat sermo. vno modo exponẽdo auctoritatẽ aliquam vel thema diuersis sensibus: puta litterali z morali: vel litterali z allegorico: vel morali et allegorico zc̃. Qualiter autem vna auctoritas exponit diuersis sensibus: superius exemplificatum est. Alio modo amplificat sermo exponendo eandez auctoritatez fm eundem sensum puta moralem diuersimode vt in bonũ z in malũ. Verbi gratia. Luce. viij. scribit: Exijt qui seminat seminare semen suum. Hoc verbum moraliter exponi poterit in bonum: vt dicatur q penitens exijt de statu z carcere peccati ad libertatẽ. z exijt seminare semen suũ. id est opera bona que pducũt fructũ vite eterne: iuxta illud: Euntes ibant z flebãt mittentes semina sua. Veniẽtes autẽ venient cũ exultatione: portantes manipulos suos. Itẽ potest exponi in malũ: vt dicat. Peccator exit: id est q̃si extra seipsum labitur: quãdo iudiciũ rationis relinqt: z tunc seminat semen suum. i. iniquitates quib⁹ punit ad malã messem. iuxta illud Prouer. xxij. Qui seminat iniquitatẽ metet mala. Ecce quõ eadem auctoritas in bonum z malum exposita est moraliter.

Item circa sensum tropologicũ siue moralẽ: cursus mundi introduci debet: z dissuadi vitia z corrigi mores zc̃. Et quia

E

tres sunt status hoim. s. spiritualiū: nobiliū ꝛ vulgariū. aliter ꝛ aliter correctio fieri debet in vno ꝛ alio statu. De spiritualiū correctione caute ꝓcedatis in sermonib⁹ ad pp̄m. quia cum valde infestos laicos clericis tradit antiquitas. vt dicitur in c. clericis de immu. eccle. lib. vj. et. c. laicos. et. c. laici. ij. q. vij. Non oportet inuehere contra clericū indiscrete in p̄sentia populi. tum quia p̄dicator ad vtilitatē populi p̄dicare debet. et sic a deo ꝓsequit vberiorē gratiā. vt dicit in. c. reuertimini. xvj q. j. Itē fm capacitatē audientiū debet p̄dicator sermonē formare. Non em idē cibus hominibus ꝛ iumentis debet. quia non sunt eiusdem nature ꝛ complexionis. Cum em̄ omnia recipiuntur fm modum rei recipientis: omnia debent dari fm q recipiens est natum recipere. facit. c. oportet. vij. q. j. vbi dicitur. Oportet eum qui docet ꝛ instruit animas rudes esse talem: vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare. et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Audiui retroactis annis aliquos capellanos seu adiutores in certis opidis dioc̄esis Basiliensis predicantes contra curatos: maxime in Dominica secunda post Pascha. circa euangelium eiusdem dominice in quo dicitur: Ego sum pastor bonus. bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis. vbi dicebant omnia que legebant contra pastores: dicentes q in omnibus rebus suis subditis suffragari debeāt mutuare eis pecunias: vina: blada ꝛ omnia ministrare: ex eo q bona clericorum sunt bona pauperum vt dixerunt: ꝛ corrigendo pastores maxime clamabant: Mercennarij sunt omnes: nō curant nisi de lacte ꝛ lana ꝛc̄. ꝛ multa mala dicebant contra pastores: ꝛ tamē non erat in opido nisi vnus pastor. Satis potuit intelligere rusticus seu laicus quicunq; q iste sermo non tangebat nisi curatum seu plebanum vel rectorem ecclesie absentem: qui fortasse longe doctior erat q̄ adiutor. et sic non profuit sermo iste: sed magis scandalisabat q̄ q edificabat. Vnde imprudentes illi fuerunt putantes q omnia que legissent in libris: debeant populo predicare seu manifestare. Non viderunt illi doctrinam beati Gregorij. xvij. libro moralium: vbi dicit: Non inquit debet predicator infirmis insinuare cuncta que

sentit: neq; ꝓdicare rudibus quantū cognoscit. Neq; viderūt doctrinā beati Hieronymi quam allegat Johānes andree. in clemen. Religiosi. de priuilegijs. in verbo detrahant. vbi primum allegat canonem Anacleti pape. v). q. j. c. deteriores. dicentis. Deteriores sunt qui doctorū ꝛ pastorū vitam moresq; corrūpunt bis qui substantias alioꝝ prediaq; diripiunt. quoniam illi ea que extra nos sunt (licet nostra sint) auferūt. Isti vero detractores ꝛ morū corruptores nostroꝝ ꝓprie nosipsos decipiunt. Et ideo iuste infames sunt: ꝛ merito ab ecclesia extorres fiunt. Deinde Joan. an. vbi supra subdit allegās Hieronymū ad Rusticū inquiente hoc mō: Non est humilitatis mee atq; mensure de ministris ecclesiarū sinistrū quippiā dicere: habeant ordinē suū illi ꝛ gradū. xvj. q. j. si clericatus. vt in tertia consideratione dictū est superius. Propterea dñi de capitulo ecclesie maioris Basilienſis in fundatione ꝓdicature cathedralis ecclesie sue posuerunt istā clausulā. Itē q; predicans ꝓ tpe populū cōtra clerū irritare non ꝓsumat. Sed in āno semel aut bis ad clerum latinum sermonē faciat: si visum fuerit expedire. Et easdē clausulas credo dñi mei de capitulo ecclesie maioris Constantiensis tempore meo fundationi sue ꝓdicature pariter imposuerunt. Cuius quidē predicature nobilis ꝛ ꝓclarus vir dñs. M. de stoffeln: canonicus eiusdē ecclesie Constantien. pariter et Basilien. primus sollicitator ꝛ initiator fuit: magnis expensis rome per mediū egregij viri dñi Macharij leopardi sacre pagine professoris: prime predicantis dicte Constantiensis ecclesie meritissimi. Unde cū predicator quilibet lucra animarū querere debet in ꝓdicationibus melius est cū beniuolentia cleri ꝛ assensu eorum id fieri posse q; si indiscrete contra eos agendo exacerbaremus. ꝛ sic odibiles populo illos faceremus. Tacere ergo possumus et loqui ea que fm deum ꝛ nobis ꝛ alijs expedire videmus: vt etiam dicitur in. c. Sit rector. xliij. dist. Uitia autem laicorum liberius arguimus: quia ꝛ patientius sustinent: et nesciunt litteras quibus instruant quid debeant cauere vel facere: ꝛ min⁹ periculum sequit: si eorum in publico propalentur excessus: ꝛ facilius emendant. Clericis autē possum⁹ in capitulis suis

seu collationib⁹ aut latinis sermonib⁹ omnia pericula seorsuz ostendere cum reuerentia charitatis ꝛ maturitate benigna: ꝛ sic magis ꝓficim⁹ apud eos. Itē p̄dicator nō debet arguēdo descendere ad species peccatoꝝ: sed in genere solū ostendere vitia ꝛ virtutes: ꝛ nullū confundere coꝝ populo peccata sua publice obiurgando alijs in scandalū ꝛc. Et hoc intelligo de notabili specificatione personarū: non vitioꝝ vel statuum vel officioꝝ: que nō possunt ꝓprie describi sine expressione officij vel status illoꝝ: qui in hoc specialiter offendere consueuerunt. Possetis eñ sic congrue in generali dicere. Clos nobiles peccatis frequenter in hoc. Clos religiosi in isto. Clos clerici in illo. Clos artifices in illo ꝛc. Et si sunt plures ibi de quolibet genere illoꝝ ad quos loquit ꝛc. vt quisq; sibi ꝓcius talis peccati compungat ꝛ in se confundat. ꝛ nullus specialiter notabilis de hoc reddat: quem facti euidentia aliꝰ nō fecit notabilē. vel qui seipsum nō prodit esse reum: sibi ascribendo specialiter cū murmure: quod generaliter dictū constat. iuxta illud poete: Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Correctioni eñ ꝛ edificationi tñ debet intendere p̄dicator fidelis: nō confusioni vel infamationi alicuius p̄sentis vel absentis. Ubicūq; ergo p̄sumit q aliquis specialiter de peccato prius incognito alijs: ex p̄dicatione reddat notabilis: vt grauamen vel scandalum oriri possit: melius est tacere: ꝛ alia edificatoria magis loqui. Sed qui contrariū facere consueuit: aut contentiosum aut inuidū aut imprudentē se demonstrat: aut vane glorie cupidum: qui cum alinnde nō esset acceptus: apud homines ex alioꝝ infamia gloriā sibi querere cupit. Quem autē confundendo p̄dicator exasperat: hunc tardius edificat ꝛ rancoris aculeo vulnerat ꝛc. Item cum per sensum allegoricum amplificatur sermo: semp a simili explicandū est: vt cū introducitur vita christi: vel beate virginis aut alicui⁹ sancti: semper suadeute sunt virtutes: vt et nos similiter faciamus. Nam omnis christi actio nostra est instructio. Et quicquid boni sancti fecerūt: ꝛ quicqd mali sustinuerunt: totum in nostrum ꝓfectū ꝛ exemplū factū est: vt sequamur vestigia eoꝝ.

Cū autē p anagogicū sermo dilatat: excitande ꝛ adhortati-

de sunt mentes auditoꝝ ad supnoꝝ ꝯtẽplationẽ: faciẽdo conclusionẽ cũ auctoritate a qua thema est digressum. F

Sexto amplificat̃ sermo ꝑ cõparationes Cũ em̃ aliquod nomen adiectiuũ ponit̃ in auctoritate vel aduerbiũ: quia solũ ista recipiũt cõparationes. Si est nomẽ positiuũ: discurrat̃ ꝑ cõparatiuũ ⁊ suplatiuũ dũmodo patiat̃: vt in Ps̃. Magnꝰ es tu ⁊ faciens mirabilia. Dicat̃ sic: Magnꝰ apparuit deus in rerũ creatione. maior apparuit in rerũ recreatione: sed maximus apparebit in sanctoꝝ glorificatione. Ecce quõ de positiuo factus est discursus ad cõparatiuũ ⁊ superlatiuum. Et eodẽ modo si fuerit in auctoritate suplatiuus: potest discurri per gradus: vt hic. In pace amaritudo mea amarissima. Amara in tyrannoꝝ ꝑsecutione: amarior in martyrũ trucidatione. amarissima in hereticorũ infectione. Itẽ si fuerit in auctoritate cõparatiuꝰ: pro ipso potest sumi (licet raro) positiuus. ⁊ per ipsum potest fieri trãsitus ad suplatiuũ mediante cõparatiuo in auctoritate posito. Unde Job. xix. scribitur: Qui tradidit me tibi maius peccatũ habet. Dicat̃ ergo sic. Si habuit Judas peccatũ magnũ: qꝛ ex auaricia magnũ p̃ciũ cõcupiuit. habuit pctm̃ maius: qꝛ dñm suũ tradidit: sed maximum habuit peccatũ. qꝛ de misericordia dei desperauit. Ecce quõ ꝓ assnmpto positiuo factus est discursus ad superlatiuũ: mediãte cõparatiuo q̃ est in auctoritate. Sciendũ tamẽ qñ in auctoritate est positiuus vel cõparatiuꝰ: nõ põt talis discursus fieri ita bene sicut fit qñ est in auctoritate suplatiuus. Tunc em̃ talis dilatatio sermonis est valde optima: vt ad Eph̃. v. scribit̃: Estote imitatores dei sicut filij charissimi: quia chari ꝓpter imaginẽ creationis. Chariores ꝓpt̃ preciũ redẽptionis. sed charissimi ꝓpter hereditatẽ celestis beatitudinis. Item ad Eph̃. ij. Propter nimiã charitatẽ qua dilexit nos deus. Dicat̃ sic. Bñ dicit̃: ꝓpter nimiã charitatẽ: quia dei charitas erat erga nos magna in creatione. fuit maior in gubernatione. fuit maxima in redẽptione. sed erit nimia in sanctoꝝ glorificatione. Sicut autẽ potest fieri discursus a positiuo ad suplatiuũ respectu eiusdem: vt patet in exemplis iam

positis: ita pōt fieri idem discursus respectu diuersoꝝ. Uerbi gr̄a. ij. Regū. xxxij. Dauid sedēs in cathedra sapiētissim⁹ int̄ tres. Dicat̄ g̊ sic. Quidā sunt sapiētes: qꝛ habēt sapiētiā ⁊ experientiā agendoꝝ. Quidā sunt sapiētiores illis q̄ hn̄t sapiētiā humanoꝝ. Sed iste fuit sapiētissim⁹: qꝛ habuit scientiā diuinoꝝ. Per varias autem acceptiones fit dilatatio sermonis. Hoc mō Luce. ij. scribitur: Accepit eū symeon in vlnas suas. Dicatur ergo sic: Symeon accepit in brachia: maria in vtero. Martha in domo. Pr̄ recepit in celo. Ul̄ sic. j. Macha. ij. scribitur. Intēdit in p̄ceptū legis. Dicat̄ sic. Quidā in p̄cepta legis intendūt ꝑ ꝯtēplationē. q̄dā attendūt ꝑ sollicitudinē q̄dā p̄teudūt ꝑ simulationē: q̄dā ꝯtendūt ꝑ emulationē. Sciendū tn̄ ꝙ iste modus amplificādi sermonē: pulchrior est in lingna latina q̄ꝫ vulgari: eo ꝙ cōparatiōes meli⁹ pandūt diuersitatē sn̄iaꝝ cū cōsonātia vocis in latino q̄ꝫ in vulgari. G

Septimo amplificatur sermo ꝑ varias cōpositiones. Uerbi gr̄a. Joh̄. viij. scribit̄: Multa habeo de vobis loqui. Dicat̄ sic: Christ⁹ de nobis loquit̄ tanq̄ꝫ iudex. loq̄t̄ de iudeis tāq̄ꝫ aduocat⁹: loquit̄ in nobis tanq̄ꝫ inspirator. loquit̄ cū nobis seu nobiscū tanq̄ꝫ doctor. ⁊ sic de ꝯsimilib⁹. ⁊ ad hunc modū reducit̄: qn̄ manente eodē fine: multiplicant̄ ea q̄ sunt ad finē. Uerbi gr̄a. Ad istū finē q̄ est manere in peccato: diuersi diuersimode se habēt. Quidā em̄ ꝓponūt manere in peccato: quidā vident̄ partim penitere ⁊ partim nō. Quidā em̄ cauēt a cōmittendo: sed nō agunt pn̄iam de cōmissis. q̄dā ⁊ de cōmissis nō penitēt: ⁊ cōmittēda non abhorrent. Item si sumat̄ hec auctoritas q̄ scribit̄ Roma. vj. Quid dicemus fratres: ꝑmanebimus in pctō vt gr̄a abundet. Dicat̄ sic. Quidā stant seu ꝑmanent in peccatis. a futuris quidē abstinētes: sed ꝓ p̄teritis nō satisfacientes. Quidā autē in peccatis sedent: partim in peccato remanētes: partim vero ab ipso surgentes. Quidā autē in pctō iacent omni tp̄e in ipso remanere ꝓponētes. Quidā v̄o in peccato vel peccatis ambulant de pctō in peccatum labentes. Et cum ad singula horum inducte fuerint auctoritates: erit sermo non in modico prolongatus seu

amplificatus: ⁊ hic modus tam in latina q̄ in vulgari lingua pulcher est. Nec oportet tunc ꝙ omnes auctoritates concordent vocaliter cū themate: sed sufficit ꝙ consonent realiter cū ipsis membris distinctionis. h

Octauo amplificat̄ sermo ꝑ rerū ꝓprietates. Qñ em̄ in themate vel auctoritate exponenda est aliq̄ res naturalis vl̄ artificialis: cui⁹ ꝓprietates adaptari pñt ad laudē sancti de q̄ p̄dicator intēdit: vel ad mores. vt in psalmo. Unxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie. Dicat̄ sic. Cōueniēter ꝑ oleū designat̄ gr̄a. qꝛ oleū habet v̄tutē migitatiuā. sic gr̄a p̄ssuras mūdi mitigat. Oleuꝫ habet virtutē sanatiuā. sic gr̄a vulnera anime sanat peccata dolendo. Itē oleū habet virtutē illuminatiuā. quia ꝓfunda aquarū illuminat: sic gr̄a illuminat mentem de diuinis edocendo. Itē oleū habet v̄tutē dulcoratiuā: quia est condimentū ciboꝝ: sic facit gr̄a labores pnie alleuiando. Ecce qualiter ꝑ ꝓprietates olei assignatas effectib⁹ gratie facta est amplificatio sermonis. Et eodē modo pōt fieri dilatatio: qñ in themate vel auctoritate exponēda est res artificialis: puta dom⁹ vel tabernaculū vel aliquid hmōi. Ad hūc modum ꝑtinet dilatatio sermonis ꝑ ea que solēt rem de q̄ agitnr comitari. Uerbi gratia: Judiciū comitat̄ iudex: testis: actor: reus. Si ergo in themate agatur de iudicio: conuenienter potest fieri mentio de iudice: teste: actore: reo. Sciendum tamē ꝙ talis dilatatio conueniētius fit: quando res cuius proprietates queruntur: ponit̄ in themate: q̄ si agatur de ea in qualibet auctoritate inducto. licet sub breuitate possint tangi huiusmodi proprietates. Ad cognoscendum autē rerum proprietates: multum valet noticia librorum qui tractant de naturis ⁊ proprietatibus rerum ⁊ similitudinum. Aliquotiens tamen predicatores qui huiusmodi proprietates inuestigare conantur magis ad sui ostentationem q̄ ad auditorū edificationem facere solent. I

Nono amplificat̄ seu dilatat̄ sermo ꝑ similitudines: ⁊ hoc tribus modis fieri pōt. Interdū em̄ exponuntur similitudiues illoꝝ q̄ habuerunt virtutes illas quas

ꝑsuadere intendim⁹: vel vitia de q̄bus auditores intendim⁹ reuocare: ⁊ tales sil̄itudines exēpla dicunt̄. puta si predicator de penitentia sermonē facit. in exēplū adducit beatā magdalenā: que tā ꝑfecte penituit. vel Dauid: q̄ confestim ad vocem Nathan ꝓphete cum penitentia respondit dicens: Peccaui. Aut si predicat de virtute patientie: ⁊ adducit in exemplum Job/Tobiā. ⁊ sic de alijs. Similiter qñ p̄dicat quis contra aliquod vitiū: adducit in exemplū damna illoꝝ qui ꝓpter tale vitiū perierūt. Verbi gr̄a. qñ p̄dicat̄ contra luxuriā: pōt in exemplū adduci periculū Samsonis: cui nō ꝓfuerūt immēse vires quin periret ꝑ mulierē. vel saltē cui nō ꝓficiebat sapientia tanta quin ꝑ mulierē tm̄ deū grauiter offendit. Et iste modus amplificaudi sermonē: valde vtilis est auditoribus ⁊ specialiter rudibus ac simplicibus. Possunt autē huiusmodi exempla nō tm̄ sumi de canone biblie: sed etiā de alijs libris qui ab ecclesia recipiunt̄: vt de vitaspatrū. Dialogo sancti Gregorij. Legendis sanctorū. Speculo exemploꝝ ⁊ similibus quibus ecclesia vtitur. Hunc modum etiam tenuit saluator. sicut patet in exemplo de Lazaro ⁊ diuite epulone. Et ad istū modum reducunt parabole euangelioꝝ. que etsi non fuerunt facta: habent tamē omnimodā veritatē s̄m sensum parabolicū. Ad hunc etiā modū dilatandi sermonē ꝑtinet narratio miraculoꝝ que recitant̄ tā ad honorē sanctoꝝ: q̄ꝫ etiā ad vtilitatem audientiū. Interdū autē adducunt̄ similitudines sumpte de rebus naturalib⁹ vel artificialibus. vt si volumus ostendere ꝙ omnis qui se humiliat exaltabit̄. adducim⁹ exemplū de arbore: que antea q̄ꝫ in altum cacumen erigat: prius radices in imo figit: vel exemplū de aqua: que antea q̄ꝫ ad alta conscendit: prius ad ima descendit. Vel si volum⁹ vitupare auariciā exemplū adducim⁹ de spongia: q̄ aquas faciliter ⁊ sitibunde imbibit: sed nō refundit eas nisi cū p̄mit̄ morte. Et hunc modum etiaꝫ saluator seruasse videt̄ in exemplo sagene misse in mare: ⁊ de aliquib⁹ alijs. Verū circa hūc modū p̄dicator cauere debet: ne ꝓponat obscuras aut ignotas sil̄itudines: quas forsitan auditores difficulter caperēt: seu difficili⁹ q̄ꝫ id quod

ꝑsuadere itendit. Debet etiã tales sĩlitudines accuratius ⁊ cũ quadam excitatione ⁊ sollicitudine auditoꝝ ꝓponere: vt ex ipso modo ꝓponẽdi auditores deprehendere possint /q̃ similitudo sit ꝓueniens ꝓposito. Inter dũ adducunt similitudines sumpte a q̃busdã gestis/ꝓfictis et ꝑabolicis. vt adducunt aues loquẽtes: aut arbores seu alia bruta. Verbi gratia. Si ꝑdicator cõtra eos qui vanis laudibus extollunt/volens predicare/dicat: Coruus tenens in ore caseũ/ramo alte arboris insidebat: Cui vulpes volens vanis laudibus ipsum decipere/dixit: O corue quis similis tui? Candor pennaꝝ tuarũ magnus est: ⁊ decor tuus multus: vocẽ clarã habens. Et coruꝰ dũ adulatione vulpis ductus sibi placere cupit /in altũ vocem extollit: ⁊ aperto ore caseũ oblitus ꝑdidit. Quem dolose vulpes arripuit. Coruus vero dolens ingemuit: ⁊ se vanis deceptũ laudibus/post damna cognouit. Sic qui vanis laudibus extollũ tur/faciliter adulantiuꝫ vobis decipiunt. Ecce qualiter ex fabula Esopi sequitur instructio moralis. Fabulis tamẽ hmõi rarissime vti debet ꝑdicator/⁊ cũ cautela: ne auditores in errorem inducat. Nõ saluatorẽ nostrum nusq̃ has fabulas seu parabulas me legisse/populo predicasse memini. Posset aũt ꝑdicator aliquotiens vt aliquo tali fabulo exemplo: quando deprehenderit auditores somnolentos vel attediatos/ad excitãdum eos ⁊ subleuandum eoꝝ tediũ. ⁊ tunc aliquid subiunge/re debet: per quod auditores intelligere valeant illa nõ sic realiter fuisse. Attamẽ hmõi fabulose similitudines conuenientius recipiunt in collationibus priuatis/ quibus aliq̃d ꝑsuadere volumus: q̃ in publicis ꝑdicatiõibus. Quia Gregorius papa valde hoc detestatur in canone. lxxxvj. di. c. Cũ multa. vbi dicit: q̃ laudes Jouis cum Christi laudibus non conueniunt. Et ibidez Alexandrinus dicit: Episcopi vel curati in sermonibus ad populum non debent recitare fabulas poetarũ: etiã reducendo eas ad moralitatẽ. Et hoc facit ꝓtra eos/ q̃ talia inserunt in sermonibus in capella pape. Et facit qõ dixit Aristo. in. j. metaph̃. q̃ multa mẽtiũtur poete. que longe aliena debent esse a doctore veritatis. Et idem habetur. xxxvij. di. c. ij. c. legimus.

Decimo amplificatur sermo p̄ oppositorū assignationes. Dilatari enim seu prolongari potest tangendo contraria seu apposita. Attēdat igitur p̄dicator an virtus quā persuadere intendit sic maxime consistat in medio/q̄ vtrunq; extremum patenter relinquat vitiosum: quia tunc poterit dilatare sermonem/loquēdo de veroq; extremo. Verbi gratia. Fortitudo tenet medium inter audaciā ⁊ timiditatem. Si ergo themate vel auctoritate exponenda tangatur de fortitudine: et vult predicator loqui de ipsa: poterit sermo dilatari: tangendo de audacia presumptuosorum/que opponitur fortitudini per superabūdantiam: ⁊ de timiditate frustra timentium/que opponit fortitudini per defectū. Et eodem modo si intēdit vituperare aliquod vitiū: p̄t dilatari sermonem cōmendando virtutē oppositā. Q̄ si virtus de qua predicator loqui velit/cōsistat in medio rationis: sed non a deo: maxime quia a simplicibus auditoribus faciliter capi posset (vt patet de virtute virginitatis) tunc sufficit predicatori q̄ tangat illud vitiū tm̄ q̄ manifestius illi virtuti opponitur. Puta si loquatur de castitate: sufficit q̄ tangat de oppositio vitio. s. de luxuria. Et si loquat contra luxuriam: sufficit q̄ laudet castitatem. Ad hunc modum dilatandi sermonē pertinet cū ostendimus defectus gratie vel alicuius virtutis/quā persuadere intendimus/contrariari effectibus peccati vel alicuius vitij. Verbi gratia. Si dicamus: Peccatum debetat hominis intellectū: inquinat hois affectū: debilitat hominis virtutē. Sed ecōtra: Gratia hominis intellectum illuminat/q̄ lux est: affectum purificat/q̄ lauat/seu aqua mūda est: potentiā corr oborat/q̄ virtus dei est. Ecce quō amplificatus est sermo: ostendendo effectus gratie cōtrariari effectib⁹ peccati. Et eodē modo p̄t ostendi: quō effectus castitatis ꝓtriat luxurie. sic etiam in alijs virtutibus et vitijs oppositis. Pertinet etiaz ad istū modū: qñ predicator de aliquo sancto qui prius fuit peccator/ostendit qualiter species pctō⁹ numerū virtutū mutauit: vel numerus peccatorū numerū virtutū. Sicut facit beatus Grego. in homelia/ō Maria magdalena. Et eodē mō qñ vituperāt eos q̄ de bono ꝓuer

tunt ad malũ: ostẽdit quõ numeꝝ bonoꝝ mutauit in numerũ maloꝝ. Puta si dicant: ꝙ si Judas sequendo dñm reliquerat omnia / postea ꝑ auariciaꝫ perdidit seipsum: Qui doctus fuerat inimicos diligere / ꝓpriũ dñm in mortẽ tradidit: Qui cum alijs aplis demones eiecit / postea peccando seipsum receptaculum diaboli fecit ꝛc. Cũ aũt minus bonum competur ad maius bonũ sicut imperfectũ ad ꝑfectũ: cõstat ꝙ ad istum moduꝫ ꝑtinet / cum maius bonum preferimus minori. Uerbi gr̃a. Si laudamus vitã contemplatiuã: ꝑferimꝰ ipsam actiue. Et cum laudamus virginitatẽ. ꝑferimus ipsam statu cõiugali. Caueat tñ predicator: ne laudando maius bonũ / minus bonum videat reprobare. Ex hoc em̃ quibusdã daret occasio superbiendi: quibusdã forsan desperandi: aut minus bonum ꝯtẽnẽdi vt si tantum laudaret virginitatẽ / ꝙ dãnare videret statũ coniugalẽ. Ad hũc modũ etiã facit cum assignat oppositũ ꝑ correctionẽ: dicẽdo quõ aliqui opposito mõ faciũt. i. nõ sicut merito fieri deberet. Nã dñs deus ꝓpter eius bonitateꝫ quã ostendit nobis in creatione / reuocatione ꝛ redẽptione: habet se ad nos sicut bonꝰ pater ad filios suos: qꝛ respicit nos in omnibꝰ necessarijs: ꝛ reuocat nos ad se ꝑ plura ꝛ diuersa media: vt tm̃ possimus ad eũ ꝑuenire / ꝛ vitã eternã possidere. Et hoc nõ facit ꝓpter se: cum ipse sibijpsi sufficiat: ꝫ ex mera bonitate: ꝓpt quã merito gr̃arũ actiões ei fieri debẽt. Cũ ipsi deo nihil magꝭ displiceat q̃ ingratitudo. Ubi em̃ ingratitudo: ibi gr̃a locũ non habet. quia merita dissipat: bñficia ꝑdit: fontem diuine ꝯmisericordie exiccat: et dies gr̃e obstruit. Et sic significatio opposita habet se sub forma correctiõis. ꝛ ista debet fieri in omni sermone: ne mala per petrata extimenꝫ non fore mala / et defendant quasi licita. Jteꝫ in assignatione oppsiti occurrunt ista duo: scꝫ cofirmatio / et refutatio: ꝑ que sermo prolongatur. Nam circa cõfirmationem debent dici vtilitates extrinsece / que sequunt possessorem rei: vel que possent sequi: si res ẽ bona in se. Si autem male est. debent dici vtilitates que requuntur ad eius oppositum: scꝫ diuersas virtutes exponendo: ꝛ habilitas ad botna operandum. Sed opposito modo circa confutationẽ debẽẽ exponi mala dãna que sequuntur: vel sequi possunt possessor

rei: vel rē in se mala est. Sed si bona est: debēt dici que sequuntur oppositum rei. scz diuerse inclinationes ad malum: ⁊ varia vicia que causantur inde in homine. Tandem concludātur ex his q̄z bona vel mala sit res: ⁊ qui culpabiles vel cōmendabiles ex ipsis reddantur. L

Undecimo amplificatur sermo ꝑ diuisionē in partes: ⁊ hoc fit quattuor modis. Aut em̄ in auctoritate exponenda est totum vniuersale: aut totum integrale: aut totuz collectiuū: aut totum potestatiuuz. Et sub quolibet horum ꝓtest predicator loqui de partib⁹ eius. Verbi gr̄a. De vniuersali scribitur Cāticorū. ij. Ecce flos campi. Dicat̄ ergo sic: Iste sanct⁹. N. assimilat̄ flori: qꝛ fuit sicut rosa succensus ardore charitatis. Fuit velut liliū candidus nitore puritatis. Fuit quasi viola purus virtute humilitatis. Ecce quō facta est diuisio totius vniuersalis. s. florū: in aliquas suas species. s. in rosā/lilium: ⁊ violam. Item in ps̄. xiij. scribitur: Multiplicabis i aīa mea virtutē. Dicat̄ ergo sic. Multiplicat deus ī anima nostra virtutē fidei qua cognoscimus: virtutez spei qua cōfortamur virtutē charitatis qua diligimus ⁊c̄. Per diuisionem autē totius ītegralis in partes potest sermo dilatari/loquēdo de partibus illis quibus integrat̄ totum illud qd̄ ponitur in auctoritate. hoc mō. In ps̄. xxv. dicit̄: Dn̄e dilexi decorē dom⁹ tue Dicatur sic. Dom⁹ dei. s. sancta ecclesia decora est: qꝛ eius fundamentū sunt apl̄i ⁊ ꝓphe. Iuxta illud Eph̄. ij. Supedificati super fundamentum apl̄oꝝ ⁊ ꝓphetarum ⁊c̄. Item eius mur⁹ sunt viri cōtemplatiui: qui dū mente terrena deserunt/sese in alta tollunt: Itē quia eius tectum sunt viri sancti actionibus dediti. Ex quibus omnibus viris decor dn̄i resultat. Et sic dici potest de illis partibus quibus domus componit̄ vel oriat̄: etiam si nō integret̄ ex ipsis: puta de fenestris/ostijs/picturis: ⁊ hmōi. Itē ad Ro. xij. scribit̄: Multi vnum corpus sumus in christo. Dicat̄ sic: Huius mystici corpis caput est christ⁹: oculi sunt viri cōtemplatiui. os sunt sancti predicatores. manus sūt boni actiui. Et sic potest sermo dilatari per alia membra ex q̄bus corpus integratur. Per diuisionem totius collectiui

in partes amplificat sermo: loquēdo de partibus ex quib⁹ colligit totū collectiuū: Et de illa auctoritate Apoc. vj. Fecisti nos deo nostro regnū: dicat sic. In regno christi & dei ipse xp̄s est rex. Assessores & iudices sunt apostoli. Milites sūt martyres. Precones sunt sancti doctores & predicatores. & sic de alijs officialibus/ex quibus solet regnum colligi. Totū autē potestatiuū dicit: quod nec ex his que potestatem cōtinent/quasi ex partibus integralibus componitur: nec ex eis colligitur/sicut totum collectiuum ex partibus: nec de eis/sic proprie dicitur sicut totum vniuersale: Sed ideo dicitur totum potestatiuū: qz comprehendit sub se diuersas species & potētias. Sic aīa cōprehendit sub se intellectū/memoriam/& voluntatem: et alias potentias suas. Vnde anima hominis est quoddā totū potestatiuū respectu suarū potentiarū. Quādo igitur i auctoritate exponenda ponit tale totum: potest sermo dilatari p ea que sub toto potestatiuo ꝓtinent. Hoc modo Deut. vj. dicitur. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: & ex tota aīa tua. Dicatur sic. Ex tota aīa deum diligere ꝑcipimur: vt ip̄m cognoscamus toto intellectu sine errore: amemus tota volūtate sine cōtradictione: meditemur tota memoria sine obliuione. Ecce q̄ modo facta ē amplificatio sermonis p diuersas potentias aie que sub anima cōtinent/sicut quod ē toto potestatiuo. Et eodem mō pōt predicator loq̄ de alijs potentijs: vt de irascibili concupiscibili/& rationali &c. AD

Duodecimo amplificat sermo p̄ ratiocinationē: & hoc pluribus modis. Vno modo enthimematica argumentatione: quasi ex auditor⁹ iudicio inferre quis conaret. Secūdo mō vtendo ꝓfutatiōib⁹: quasi ad tacitas questiones respondēdo. Tertio mō cōpando bonū meliori. Quarto mō laudādo bonū: & ꝓfutādo malū seu oppositū. Sed q̄ de duob⁹ vltimis supius dixim⁹ in decimo mō &c. Jō illis obmissis de primis duobus dicendū est. Primus igit modus ratiocinationis est a iudicio postulato occulte inferre qō intendimus. vt si dicamus sic: Nonne stultus esset qui propter quantamcūq; delectationem sumeret cibū/in quo nō dubitaret latere vene-

nũ: Stultus est ergo pctór: qui ꝓpter carnis delectationez cõ mittit pctũ in qno latet venenũ mortꝭ. Itẽ nõne sapiẽtissimus mercator diceret: qui daret denariũ vt lucraret thesaurũ magnũ: Sapientissimꝰ ẽ ergo qui dat ꝓ deo modicã tpalẽ elemosynam/vt recipiat eternas diuitias infinitas. Hoc modo vsus saluator nr Matth. xxij. ꝛ Matth. xiij. in pabolis de agricolis qui occiderũt heredẽ. Hoc mõ etiã vsus fuit Nathan ꝓpha. ij Regꝭ. xij. redarguens Dauid de peccato cõmisso in Uriam.

Secũdus modus ratiocinationis est: vtendo cõfutatiõibꝰ quasi tacitis questionibus respondendo que ex verbis predicatoris possunt suboriri. Puta si predicans in sua predicatiõe dicat: ꝙ damnatis debet supplicium eternum. Deinde ratiocinando sic dicat: Sed diceret aliquis: Cum peccatum sit temporale: quare pro eo debetur pena eterna/ꝛ nõ potius temporalis: sic dicendo: ꝙ qui per impenitentiam finem sibi in peccatis mortalibus constituit: voluntatẽ habuit in eternũ peccandi: ꝛ ideo iustũ est: vt qui in suo eterno peccauit/in eterno ipꝰ dei iudicio puniat ꝛc. Caueat autem predicator/ne in vera ꝛ bona argumentatione velit assignare maiorem ꝛ minorem propositiones: ꝛ postea inferre conclusionẽ. quia hoc pertinet ad disputantes: ꝛ nõ ad predicantes populo. Nõ enim expedit vt populus informetur quid sit maior/quid minor ꝛc. ꝛ quot sunt species argumentationis ꝛc. AD

Decimustertius modus amplificãdi sermonem ꝛ extẽdendi diuersas materias fit ꝑ colores rhetoricales: quã Ciceron. iij. libro rhetoricoꝝ: ꝛ plurib⁹ illustribus oratoribus traduntur. quos etiam Eneas siluius metrice ponit in suis preceptis artis rhetorice. AD

Repetitio est color quãdo sepius idem verbũ repetitur: vt Quis te creauit: deus. ꝙs te redemit: deus. quis te iudicabit: deus. quis te damnabit vel saluabit: deus. Itẽ Quis te priuat regno celorum: peccatum quis te facit instabilem: peccatum. quis aufert tibi pacem cordis: peccatũ. Vel quando plura reiterat ꝑ vnũ interrogatiuũ

et in fine dat vnā responsionē. vt sic: Quis vehemēter iusticia claruit? quis vehemēter amoribus exarsit? quis Helenā rapuit? quis igne ferroq; candentē troiam euertit? Alexander ꝓfecto qui Paris dicitur. O

Couersio est quādo auditores iam exaltat iam humiliat: iam laudat: iā vituperat. vt O q̄ pulchra es et fuisti in chorea tanq̄ imago in pariete depicta: placuisti amico: displicuisti deo. Es pulchra: expecta parum ⁊ nō eris: Es diues/lauda fortunam: nobilis/honorifica parentes: quia si retraxerint manum/ misera eris. Vel aliter. Itez es homo san⁹: iam infirmus. iam fortis: iam debilis: iam viuus: iam mortuus ⁊ similia. P

Cōtentio est color qui conficitur ex contrarijs. quando predicator cōtendit cū audientibus p̄dicationē. Exēpli gratia. O homo/liber es/⁊ te seruū fecisti: q̄ facis peccatū/seru⁹ es peccati. Solutus es/⁊ vincula queris. Nūquid auis querit laqueū: piscis hamū: mus cattū: lup⁹ foueā: lepus canē? Auis capta odit ip̄m granū ꝓpter quod capta est: ⁊ duz vna capit̄/cetere fugiunt. Et tu qui captus es per peccatum a diabolo: nō odis peccatum: ⁊ illic vadis vbi vidisti plurimos cecidisse. Vel alit: Tu viuere vis: ⁊ tu ꝓ morte laboras. Nunquid herba petit ardorem: terra siccita tem: vinea grandinem ventū arbor onusta? Vel sic. Quando debes pugnarē/arma deponis/arma sunt virtutes: hostes sunt anime vicia: Vñ cuz impugnaris si vitio gule vel luxurie: appone arma. s. castitatis ⁊ abstinētie: ⁊ sic de alijs. Multi pugnādo prebēt arma hosti. sicut gulosi dant arma carni: que est inimica anime. Et pctōr dat arma diabolo quando peccat. Nihil eum facit fortē: ⁊ nihil armat contra nos nisi peccatum. Unde carni das arma tāq̄ ligna foco: fimum agro. irrigationem plante. Sed/subtrahe ligna foco: si vis extinguere flāmas. Vel ita. Pax est/⁊ insidias suspicaris. sicut auarus quando videt pauperem ad ostiū/suspicatur furem: quando videt diuitē/suspicatur predonē. Tales errant: qr ꝓpter sonitus fili/strepitus murium/ latrat⁹ canū: illic trepidant vbi non est timor: Vel ita. Quando debes

dormire/vigilias:sicut fures quos inopia:auari quos abundā tia nō sinit dormire. Itē in luctu rides: inter conuiuia luges pax est ⁊ bella cupis:bellū ꝓ pace precaris. Q

Exclamatio est quādo cum clamore:dolore vel indignatione fit sermo:⁊ ex rerū aut personarum cōmemoratione in significationem doloris vel admirationis ꝓrumpit. Exemplū de rebus:vt/o si parietes nostri loqui possent:dicerent/vos hanc ecclesiam millesies violasse. Exemplū de persona:vt te nunc alloquor o peccator. Vel sic. Heu me/quid erit de peccatoribus cū dñs ad iudicandū venerit? Heu me inique egimus:iniquitatē fecim⁹. Heu me iesu christe:ꝙ nos contemnimus quos tuo sanguīe redemisti. Vel sic. O peccator/quid facies quādo celi mouēdi sūt ⁊ terra? Vel ita: Vtinā recognosceremus nos ⁊ pctā que fecim⁹. Vtinam velimus redire ad deum vnde recessimus. R

Contrarius est color quādo p̄dicator ex duabus diuersis reb⁹ alterū breuiter ⁊ facile ꝯfirmat. vt: Qñ alienum tibi fidelē inuenies/si fuerit tu⁹ hostis? Qui sibi nequā est/cui bonus? Si ꝓximū quē vides nō diligis:deū quē nō vides quō diligere poteris? Qui sibi nō ꝑcit:mihi vel tibi quō ꝑcet? Quia diuulgat ꝓpria. credis ꝙ tua celet? Et de isto etiā vide in decimo mō supius/eadē ꝯsideratione. S

Occupatio est cū dicim⁹ nos preterire vel nescire/vel nolle dicere id qđ maxime tunc dicim⁹. Verbi gratia. Cū predicator nihil habet plus:vl nihil scit dicere:vel nō habes in memoria q̄ dicenda erāt/caute excuset:vt De hac festiuitate essent multa dicēda:ſz qr modo fatigate sūt aures vestre:⁊ nō sufficit tempus:ideo ad finē ꝓpero. Vel aliter/qñ nihil plus scit loqui de aliqua materia:De hac materia nolo pl⁹ loqui mō:quia ad alia tendo q̄ forte sunt nobis vtiliora. ⁊ tūc incipit dicere de quacūqꝫ materia voluerit:⁊ sic caute trāsfert se de materia ad materiā. Vel aliter qñ loquit̄ de aliquo festo/tūc dicit:Heu nescio loq̄ q̄ expedirent aīab⁹ vr̄is: vñ potius et securi⁹ ē mihi tacere q̄ꝫ loqui:qr forte non libenter auditis. Et per hoc excitat auditores ad deuotionem:⁊ facit attentos. vñ

sepe respondent: Die die libēter audim⁹. Itē hac vtimur cū res plane dici nō pōt: vel cū abominabilē rem dicere volum⁹. Exēpli gra: Nō dico ego vos vsurarios fore: sed facta probāt Nō ego vos pdēno/sed opa vra. Vel sic: Nō ad me nō ptinet taceo: rapinas/sodomias/flagitia vestra. T

Inflexio est qñ gradatim pcedit in oratiōe sicut. Dominus monet: immo iubet: imo cogit vt redeam⁹ ad deum. Vel ita charitas exposcit: immo obedientia exigit: immo pcepit vt loquar. Vel sic. Quid nequius diabolo: vir malus. Quid nequius viro malo: mala femina: femina autēm nihil. Vel ita: Quācunq; vides mulierem /illam diligis: t quā diligis/illam cupis: t quā cupis/illam allicis: t quam allicis/illam decipis. T

Dubitatio est quādo pdicator dissimulat se dubitare de aliquo: licet non dubitet: sed quasi dubitare videtur dum pponit aliqua dubitabilia/t postea soluit. t hoc duplicit. Primo cū eicit: Quid faciā: si reprehēdo pctōrem dure deterior efficit: si molliter/cōtēnit: si taceo/ledo conscientiam meam. Quid faciā: Tūc ponit solutionē. Plus volo et debeo corrigere/q̄ pscientiā meā ledere. Vel ita. O pctōr/quid facies: si pseueraueris in pctō punieris in inferno: puaberis padiso. Si penitētiā egeris: hic eris absq; gaudio/pfect⁹ dolore atq; suspirio. Quid facies: Tunc solue. Melius t securi⁹ ē hic plāgere t dolere q̄ in inferno. Aliter. Quid faciet deus: ipse amat cos a quibus cōtēnit: dñs ē t nō timet: vocat hominem t nō reuertit: minat t despicitur. Quid faciet de talibus: Tūc solue. Faciet eis tāq; dñs seruo: qui nec per mollia/nec per dura corrigit verba. Secundo modo quando pponit questio: t ex vtraq; pte pponunt dubitationes: t postea soluunt. Verbi gra. Dubitari solet: vtrū creatura aliqua suffecisset ad redimendū mundum: Si sic: quare deus incarnatus fuerit/et non angelus eius. Si nō: quare ergo tantū redēptionē mundi differre voluit: Tunc solue ponēdo causas/q̄re ipe t nō alius venit: Si ali⁹: suffecisset hō hre posse occasionē nō seruiēdi deo/si ab alio redēpt⁹ fuisset. Vl qz nō potuit homez melius attrahere

seu ꝓuenientius q̄ ꝑ mortē suam. Vel ꝓpter idolatriā: vt dicit Augu. Vel vt substātia hois seruaret: ꝛ silia. de quibus etiam in vltimo amplificationis modo latius dicemus.

Prouerbiū est: quādo quid est vel quid esse potest/ per breuius ostenditur ꝓuerbiū. Est adolescēs iurta viam suam ꝛc. Prouerb. iij. Qui male ꝓsuescit: dū vult/ dimittere nescit. Prouerb. iij. Cui satis est qō habet/ satis illū ꝓstat habere: Cui nihil est quod habet/ satis illū constat egere. Itez Canis in feno iacens non comedit fennm: ꝛ eos qui volūt accipere non permittit eis. Sic auarus bonis que possidet nō vtitur: ꝛ tamen alijs non largitur. Y

Correctio est que tollit id quod dictū est: ꝛ ꝑ eo id qō magis idoneū videt reponit hoc pacto. Auarus ē sentina mali: ꝑ etiā infernus: ꝛ nō tm̄ infernus/ sed etiā diabolus: ꝛ silia. Vel ita. Mulier est via qua itur ad infernū: et non tm̄ via/ sed etiam os inferni/ ꝛ nō tm̄ os inferni/ ꝑ etiam clauis ꝛ nō tm̄ clauis/ sed etiam porta inferni: ꝛ similia. Z

Laudatio sub qua comprehēdit ironia: duplex est. s. vera/ ꝛ falsa. Falsaciter laudat Paulus dicēs: Vos nobiles: nos aūt ignobiles. Nos infirmi: vos aūt fortes. Laudat vere cum dicit: Gratias ago deo meo: quia fides vestra annunciat in vniuerso mūdo: ꝛ silia. Diligo vos ꝛ laudo: quia libenter verbū dei auditis. AA

Reprehēsio est: quādo reprehēdit ignorātia alicuius/ vel negligentia/ vel nequitia ꝛ similia: partim laudatur: ꝛ partim reprehendit. vt ibi. Scio opera ꝛ labores: sed nō ignoro scelera tua quibus te fedasti. Et ibi: Laudo in vobis q̄ libenter verbū dei auditis: sed hec reprehendo/ qi nō retinetis: ꝛ opa nō completis. BB

Coclusio colorē: qñ cora audiētib⁹ argumēta icipit ꝛ ꝓcludit sic: O hō tu dicis: ego sum iustus: ergo facis iusticiā: ꝛ si facis iusticiā: reddis vnicuiq; qō suū ē. Vel ita finaliter male viuis: q̄ male morieris. Si bñ vixeris: bene morieris. Est etiaz color. qñ nequitia hois dicit in genere, vt ille qui fe-

cit studeat de cetero p̄cauere. Sicut delictū alicuius clerici rep̄hēdit̄ in capl'o/vel delictū alicui⁹ religiosi hoc mō: Non debemus eē pl⁹ hūiles ⁊ patiētes q̄ ceteri. Vl' alit̄. Mollit̄ asseris: fallaciter insidiar⁊: inq̄ris blāde: ꝓdis dicta nephāde. CC

Decimoquarto amplificat̄ sermo ꝑ causas ⁊ effect⁹ eoꝝ. Cū em̄ iuxta testimoniū dñi Matth. vij. Arbor bona bonos fruct⁹ facit: ⁊ arbor mala fructus malos facit: Jō cū de bonitate alicui⁹ v̄tutis/vel de malicia alicuius vicij loq̄mur: pōt sermo ꝑ causas ⁊ effect⁹ eoꝝ ꝯueniēter dilatari. Puta si loquamur de causis qua deū iubemur diligere: asserimus cās ad hoc mouētes/effectus inde sequētes. Hoc modo Deut⁊. vj. dicit̄: Diliges dñm deū ⁊c̄. Dicam⁹ sic: Ad diligendū deum debēt nos mouere multe rationes seu cause. Quarū primaē eius bonitas infinita. Secūda est eius pulchritudo maxima. Tertia causa est: erga nos benignitas ⁊ beniuolētia īmēsa ⁊c̄.

Circa hūc modū amplificādi sermonē/duo sunt obseruāda Primū: q̄ p̄dicator nō tenet̄ neq̄ conet̄ assignare causas ⁊ effectus omniū rerū indifferenter: ꝫ tm̄ illarū quarū noticia vtilis est ad informationem morum/vel ad laudē alicuius sancti de quo predicatur. Hmōi autē sunt virtutes ⁊ vitia ⁊ actus ip̄orum: vt oratio/elemosyna ⁊c̄. Secundū est: q̄ huiusmodi cause ⁊ effectus nō debēt assignari/ad ostendenduꝫ quid sint virtutes ⁊ vitia: sed ad persuadendum actus virtutū: ⁊ ad retrahendū populum a peccatis ⁊ vitijs. Quia vt dicttur. ij. Ethicorum: Finis moralis scientie est opus: et non solum noticia virtutum ⁊ morum. DD

Decimusquintus modus ⁊ vltim⁹ amplificandi sermonē fit ꝑ questiones ⁊ dubia que moueri p̄nt: ⁊ iste modus quasi cū duodecimo supius coincidit. Et ē modus iuristarum: vt dixi supi⁹ in septima cōsideratione/ circa quartum modum predicandi. Nam Hostiensis in summa sua sub rubrica de magistris/articulo quarto ponit/ qualiter magister docere debeat dicēs: Primo casū seu sensum lr̄e dicat. Scd̄o lr̄am legat ⁊ exponat: aliq̄n similia inducendo/et contraria soluendo. Demum questiones faciendo ⁊ determinando. Et subdit

ibidē Hosti. Magister aūt nō debet parcere sibi/nec alijs in ca
thedra/quo minus veritatē dicat:ꝑm ꝙ didicit ⁊ verū esse cre/
dit:vt.xxxvij.dist.relatū:qꝛ si veniret contra conscientiā/edifi
caret ad gehennā:⁊ grauius peccaret q̄ꝫ etiā aduocatus: arg.
xj.q.iij.p̄cipue. Dictum em̄ aduocati nō sequit̄ /sed potius im
pugnatur:sed addiscentem credere oportet: ideo si magister
male doceat/faciet delinquere scholares.de voto ⁊ voti redem
pti.c.magne:hec Hosti. Non debet autem predicator que/
stiones difficiles populo simplici proponere:nec debet eo mo
do proponere sicut aliquādo in scriptis doctorum reperit: vt
in summa sancti Thome de aquino:vel in questionibus euan
geliorū Johānis de turre cremata cardinalis:aut aliorum do
ctorū.puta primo ꝓponendo argumenta plura:postea respō/
dendo ad titulū questionis:et postremo ad solutionē argumē
toꝝ ꝓcedendo:qꝛ iste modus plus ad scholas pertinet /theo/
logoꝝ. Sed circa thematis articulos/ aut verba:vel circa euā
gelij textū questio seu questiones moueri possent clare/vt po/
pulus intelligat:⁊ adintellectū verboꝝ questionis notabilia
ponat ⁊ distinctiones:⁊ tunc responsionem claram ponat et ꝓ
bet. Et ꝯclusione seu responsione posita et bene declarata: tūc
posset adducere argumenta:⁊ dicere vnū post aliud.hoc mō:
Aliqui contra istā conclusionē seu responsionē sic opponere so/
lent per istā scripturā ibi/vel ibi:et illa est vna causa dubitan/
di quare questio mota fuit. Sic autem responderi debet ad ta
le argumentum per talem distinctionem ⁊c̄.⁊ sic debet intelli/
gi responsio nostra. Vel sic debent intelligi v̄ba thematis/aut
verba euangelij. Et deinde si plura argumenta ꝓponere vel
let:posset consequenter dicere. Iterū ex alio medio aliqui op/
ponere solent contra nostram conclusionem seu responsionem
sic vl̄ sic:⁊ statim soluere:ne populus ducat̄ in errorē. Nā si in
principio proponeret argumēta sicut in libris reperit predi/
cator:et non statim solueret:crederet populus ꝙ conclusio ex
illis argumentis esset vera:⁊ forte non maneret ad finem ser/
monis cū soluerent̄ argumēta. Et si manerēt aliq̄ ad finē non
tn̄ essent attenti ad verba predicantis in fine:ꝫ fortasse ad alia
cogitarent:⁊ retinerent obiectiones ⁊ argumenta primo facta

pro cõclusione seu veritate. Aut fortasse predicans nimiũ moram faceret in corpe questionis declarando verba q̃stiõis ꝛc. q̃ hora trãsiuisset: ꝛ cõcluderet sermonem sine solutione argumentorum: ꝛ sic relinqueret populũ in erroꝛe. Caueat ergo p̃dicatoꝛ ne graues et difficiles questiones rudibus proponat auditoꝛibus. Et pariter ne in soluendo questiones et dubitationes quas nouerit sit obscurus. Caueat etiã ne forte mouendo dubitationẽ quã intendit soluere/ vtaꝫ paralogismo ꝓ vera argumẽtatione: sed modo clarioꝛi quo poterit: vt populus bene intelligat: et fructum repoꝛtare valeat.

Consideratio.xvij. De auctoritatum applicatione.

QVia in deductione seu prosecutione partiũ sermonis/ auctoꝛitates sacre scripture adduci ꝛ intermisceri solent: eo q̃ circa diffinitionẽ predicationis superius dictuꝫ est: q̃ p̃dicatio debet auctoꝛitatibus sacre scripture sufficienter esse munita ꝛ roboꝛata: Jdeo nõ modica diligentia adhibẽda est: vt auctoꝛitates huiusmodi cõuenienter ꝛ apte adducantur: vt euidenter audientibus pateat/ qualiter deseruiant ad illud propositũ/ ad quod roboꝛãdũ adducũtur: ne vel impꝛtinentes videanꝫ: vel inutilis fiat apud auditoꝛes earundem intermixtio vel adductio. Sepissime nãq̃ contingit: vt nec dicunt/ neq̃ cõtinent expꝛesse vꝫ pꝛecise illud ad qõ roboꝛandum adducunꝫ auctoꝛitates. Nec possunt semper ad libituꝫ haberi tales auctoꝛitates que hoc facinnt. Jdcirco tali directione opus est: vt pꝛimo cõsidereꝫ veritas illa/ ad quam confirmandam vel roboꝛandam adducenda est auctoꝛitas. Postea consideꝛeꝫ auctoꝛitas illa/ si expꝛesse dicat vel contineat illud/ ad quod roboꝛandum adduci debet. vel non. Si expꝛse hoc dicit/ res est plana: ꝛ nõ oportet aliquã facere circũlocutionẽ: sed solũ dicaꝫ: sic vel sic scribiꝫ vel habeꝫ ibi ꝛc. addendo quotam capituli/ ꝛ nomẽ libꝛi in quo habeꝫ directe. cuius etiam aliquando allegare possumus in generali: vt dicendo: sic scriptũ est: sine specificatione libꝛi ꝛ loci ꝛ capituli: vt dicit ꝑa

nor in.c. vestra de coha.cle. ⁊ muli. Si aũt auctoritas adducẽda non dicit exp̃sse illud ad quod adducitur: sed forte solũ tangit dicte veritatis causam/vel effectũ/sequelã/fructum /vel dãnum ⁊c̃. vel solum tangit in futuro/vel preterito vel in impatiuo/vel optatiuo modo: ⁊ sic de alijs modis verbalib⁹: qđ frequẽtius accidit: debet predicator aliquã circumlocutionẽ premittere. per quam apte inflectat illam auctoritatem: vt ad suam propositũ apte facere videatur. Alioquin talis auctoritas satis inepte ad propositũ adduceretur. Quis eñ in libro talis circũlocutio breuiandi causa obmissa esset: vt frequentius fit: nõ tamen debet predicans hoc obmittere in predicatione: in quo plures predicantes deficere visi sunt. Ut autem meli⁹ talis circumlocutionis modum sentiatis/exempla certa ponamus. Si eñ ista veritas: Nemo debet diu permanere seu iacere in peccatis/sed confestim per penitentiam resurgere ad lumen gratie ⁊c̃. auctoritate sit roboranda: ⁊ non occurrat aptior auctoritas q̃ꝫ illa Pauli: Surge qui dormis: et illuminabit te christus. Uidetis ꝙ auctoritas illa non expresse hoc dicit ad quod adducitur. Non debet ergo predicator illam auctoritatem immediate subiungere: sed debet prius circumlocutionez talem vel similem facere ⁊ premittere: Ob hoc igitur apostolus Paulus iacentem in sceno peccatorum vel iniquitatuz ad claritatẽ diuine gratie incitat ⁊ iuuat/dicens: Surge qui dormis ⁊c̃. Itẽ si ista veritas: scz q̃ꝫ periculosum sit diu in peccatis iacere: roboranda esset: ⁊ non occurreret alia auctoritas q̃ꝫ predicta: qꝛ ipsa nõ sonat de periculositate. Ideo auctoritas huiusmodi nõ erit immediate subnectãda ꝑ per circumlocutiõez preludiandum est tali modo: Hanc periculositatem bene attendens Paulus: quẽlibet in isto periculo cõstitutuz: ne in eo diutius remaneat/diligent incitat ⁊ hortat dicẽs: Surge ⁊c̃.

Aliud exemplum. Si ad roborandã illã sniam. ꝙ ad salutẽ nõ sufficit mala non agere: sed requirit etiaz bonũ facere: quis velit adducere illã auctoritatẽ ps̃. xxxvj. Declina a malo ⁊ fac bonũ: debet talẽ circum locutionẽ premittere. In cuius signũ dñs saluti nostre consulens/vtrunqꝫ nobis facere imperat: dicens copulatiue: Declina a malo/et fac bonum.

Aliud exemplū. Si veritas illa sit corroborāda: q beata virgo sit singulare refugiū peccatoꝝ: volentium quidē resipiscere/non aūt volentiū in sordib⁹ remanere: ꝛ non occurrat auctoritas nisi illud verbū de carmine diuine laudis: scz illud de Añ. Alma redemptoris mater: succurre cadēti surgere qui curat populo. Hec particula deprecatoria nō asserit/nec dicit/nec sonat precise illud quod corroborandū est: quare nisi p aptam circumlocutionē preuiam adducat: nō recte/sed inepte ad propositum adduceret. Dicat ergo sic: Cuius iam dicte sententie indiciū habemus in hoc: q sancta ecclesia eandem beatam virginē nō pro perseuerantibus/sed p resipiscere cupientibus ꝛ curantibus rogat ꝛ deprecat: cantās in añ. eiusdē virginis sic. Succurre cadenti ꝛc. Sic etiā fiat de alijs auctoritatibus suo mō: sicut etiā de hoc dictū est supra ꝓsi. xv. in quarto modo amplificandi. Et est aduertendum: q in fine vt auctoritates melius intelligant ꝛ aptius adducant/ꝛ ad ꝓpositū magis facere videant: debet p̄dicator nonnūq̄ aliqua verba declaratiua ꝛ expositiua earundem adiūgere: vt istā notā: id est/vel hoc ē/vel subaudi/vel subintellige. Et hoc p simplicibus valde vtile est: ꝛ clarius intelligere facit.

Consideratio .xviij. De regulis vulgarizandi.

QUi autem predicator inuentione dispositione ꝛ elocutione habitis in lingua latina/ꝛ bñ ac intelligibiliter ꝛ fructuose ꝓlo verbū dei ꝓponat: op⁹ ē vt tale vulgare habeat ꝛ p̄cogitet/qđ ꝛ verbis congruat/ꝛ populo ad intellectū cōueniat. Idcirco aliquas regulas p dicendorum aptiori vulgarizatione vobis subiungā: q̄ plurimū valēt p incipientibus ꝛ nōdum exercitatis.

Prima regula. Non oportet predicatorem in modo vulgarizandi se constringere ad istam difficultatem: q velit trāsferre verba ita ꝓpue ꝛ eodez ordine sicut in latino ponunt: sed aliqñ sensum ex sensu accipere. sicut translatores

faciunt: qui nō semp verbū de verbo/sed sensum ex sensu accipiunt. qz predicator est quasi trāslator seu interpres. ꝛ sic melior ꝛ aptior mō quo poterit transferat latinū in vulgare.

Secunda regula. Ex quo casta ꝛ examinata debēt esse predicantis eloquia/vt nunqꝫ sint piarū aurium offensiua. vt sanctus Bonauētura inqt: tūc vitari debēt grosse ꝛ turpes vulgarizationes: sicut aliqui indiscreti ꝛ rudes facere conant: volentes aliquando apparere qꝫ ad vnguē omnia sciant ꝛc. Idcirco oportet aliquādo iuuare materiā aliter exprimendo qꝫ in forma verboꝝ ponit. Et sepenumero circumloq: vt ibi: Omne masculinū adaperiens vuluā/sanctū dño vocabitur. Nō ita grosse exprimat: sed ꝑ vulua dicat/vas: vel porta partus mulieris: vel corpus totū ꝑ parte. Obstetrices tamen theutonice in vulgari alemanico dicūt. Die kintlegi. Id est locus ille vbi ponitur puer. Vel sic dici posset: Omnis masculꝰ ꝓpio de mr̄is vtero veniēs ꝛc. Vlos dicat sic. Ein yeklich kneblin oder manlich bild so erstē vffschliessen ist dē lyb od schloßgeburt siner mūter wirt heilig geheissen dē herren. Vel sic ꝑm expositiouē Lyre. Ein yeglicher erstgeborner sun wyrt heilig geheissen dem herren

Aliud exemplum: vt carne carnē liberās. dicendū ē. id ē/vt nostrā humanitatē sua humanitate liberās. Verbum caro factum est. id est deus est homo factus.

Tertia regula. Oportet sepenumero terminū aliter et aliter in diuersis locis vulgarizare/iuxta aliam et aliam eius acceptionez: ꝑm qꝫ in diuersis locis ꝑ terminos circumstantes limitat. Ratio: qz omnis vulgarizatio ꝑm terminorum acceptionē fieri debet: sed ex verbis coherentibus connexis seu circūstantibꝰ colligunt acceptiones varie: ergo ꝑm illas varias acceptiones aliter ꝛ aliter veniunt vulgarizandi. Sequit ergo qꝫ aptissimum vulgare alicuius verbi in vno loco nihil valet in alio.

Quarta regula. Oportet fidelez predicatorem vulgarizando in libro sepe implere aut supplere: vt etiā in ꝓsideratione. xvij. supius dictum est in fine. ꝑcipue vbi breui

tatis causa in latino aliquid obmittit. Tedio sum em̄ eēt litteratis/oīa in libro ponere ad longū: ⁊ tamē simpliciū ruditas in p̄dicatione requirit extensiorē et planiorē illoꝝ explanationē in vulgarisando: que al's breuiter trūcate vel obscura ponunt. Alioq̄n materia nō esset intelligibilis/ sed obscurata ⁊ truncata ꝓ simplicibus relinqueretur.

Quinta regula. In vulgarisatiōe debet se p̄dicator ꝯformare autēticis ⁊ famosis terminoꝝ expositiōibus: quibus etiā magis stādū est quibuslibet vocabularijs. Uñ si nō occurrat aptū vulgare p̄dicatori: recurrat ad famosos et autēticos expositores terminoꝝ in eisdē locis vbi ponunt. Et licet tales expositiōes ponant in latino: tamē multum iuuāt ad aptā vulgarisationē. quoniā vt plurimū termini exponentes notiores sunt q̄ expositi. Et sic etiam eorum vulgarisatio facilior est/ et melius coopat ad expositaꝝ dictionū vulgarisationē. Sil'r expositio talis aperit acceptionem termini in tali loco. Quó fit: vt melius dirigat quis ad conuenientiorē vulgarisationē. Uñ sequit: si quis nō habet propriū vulgare alicuius dictionis/ sed bñ habet alterius dictionis ꝑ quā hec exponit ab aliquo famoso seu autētico: sufficit ei sic exponere: p̄cipue cū inspectis dictionib⁹ circūstantibus ꝯcordare videt acceptioni dictionis ⁊ sentētie lr̄e. Et ista regula semp est in mēte tenēda. Verbi gr̄a. In orōne dñica cū dicit Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Dicūt villani nobiscum: Din will werd als in himel vnd vfferd. ꝓpter ricmū seu ꝯsonantiaꝫ verboꝝ: que olim fuit multū in vsu. Sed melius est iuxta sniam Hyeronimi sic vulgarisare: Din will geschech als im̄ himel vnd im̄ erdrych. Hoc est: Volūtas tua fiat in nobis. Sic em̄ angeli ī celo tibi seruiūt: ⁊ creatura ī t'ra tibi seruit: ita et seruiat tibi hō. Nā in psal. cxlviij. dicit: Preceptū posuit ⁊ nō p̄teribit. Dicit Hiero. Preceptuꝫ soli posuit vt luceret ꝑ diē: ⁊ ecce ꝑ tantos annos nunq̄ p̄teriuit. Lune ꝑceptū posuit vt ꝑ. xxx dies crescat et decrescat ⁊c.

Aliud exemplū. Et ne nos iuducas in tēptationē. Dicunt aliqui: Vnd nit fürest oder leitest vns in bekorung. Sed meli

us est inspicere expositionē scci Aug. i ser. cxxvj. dicētis: Inducit deus hoiez i tēptacionez cū tēptari pmittit. Et. s. Tho. opusculo. vij. i petitiōe. vj. ait. De⁹ dr iducere ad malū pmittendo: i nq̄tū. s. ppter mlta pctā subtrahit hoi grāz suā: q̄ sublata labitur in pctm̄. et sic melius est vulgarisare hoc modo Vnd nit las vnß ingesürt werden in versůchung.

Aliud exemplū in salutatione angelica: Bñdicta tu i mulierib⁹. Dicunt alij: Du bist gesegnet vnder den wybē/ oder frowē. Sed vos videat Albertū magnū i sūma sup missus ē: q̄ dicit q̄ habuit excellentiā nō tm̄ mulier/ ß et oīm creaturar. Itē p̄cellit virgies ⁊ ꝯiuges. Et hē. de hassia in expositione sup Aue maria. dicit: Bñdicta tu i mlieribus. i. iter /imo sup mulieres: ideo dicatis: Du bist gesegnet über all frowen

Aliud exemplū: In symbulo dicit: Sedet ad dexteraz dei dicūt aliq̄ sitzet zů der rechtē hant. Alij: zů der rechtē sitē. q̄uis posset exponi vt Aug. exponit: vt ostēdat eq̄litas: nō vt pater dicat maior ⁊c. Sed ⁊ ego dico. Sitzet zů der gerechtē gottes. nec manū/ nec lat⁹ noiando. ppter istū canonē: Quidā aūt heretici. xxiiij. q. iij. vbi inter alios hereticos annumerant Anthropomorphite: qui simplicitate rustica deū habere humana mēbra/ q̄ in diuinis libris scripta sunt arbitrant. Vñ Alex. de hal in ps. cviij. dicit: Sede a dextris meis. i. in equalitate inq̄tū de⁹. Johā. xviij. Oīa mea tua sunt. Vel inq̄tū hō a dextris. i. in potiorib⁹ bonis patris. Act. vij. Ecce video celos aptos: et iesum stantem a dextris dei.

Sexta regula. Si quis esset in loco vbi nō esset oriund⁹: ⁊ haberet aliqua vulgaria vocabula de quib⁹ dubiū esset vtr̄ talia nota essent cōi ꝓplo/ vel nō: q̄uis als essent apta: inquirit ab aliquo in eodē loco solūmodo nutrito ⁊ non in alijs locis: vtr̄ tale vulgare sit intelligibile ⁊ validum in loco. ⁊ ſm hoc poterit certius ⁊ securius ꝓcedere in vulgarizando. Exempli gratia. Si velletis p̄dicare exemplum Cesarij de longa cauda mātelli supbe mulieris: sup qua diaboli multi sedebant chorisantes ad ecclesiā. nō p̄dicatis i oīm loco hoc vulgare: sch wantz: qr in multis locis turpe ē. Sed videte

cũ Catholicõ dicit: Cauda ẽ extrema ps aĩalis/ p circũlocutionẽ noietis: vff dem̃ lestẽ teil do hindẽ am mantel/ das vff d erdẽ harnach ketsthet. ad vitandum turpes cogitationes audientium.

Septima regula. Si quis cõmode nõ posset vulgarisationẽ facere p terminos incõplexos: faciat p circumlocutionem facere aut complexe: vt predictum est.

Octaua. Cum quis habet vulgarisare terminos incomplexos: ⁊ timet q vulgare non intelligatur a cõmuni populo: addat circumlocutiones conformiter ad expositiones autenticas doctorum.

Nona regula. Quandocunq; vnũ vulgare timet minus esse visitatum/ aut min⁹ intelligibile: tunc addant aliqua synonyma que estimant magis itelligibilia. aut fiat per circumlocutionem: vt in precedentibus regulis.

Decima regula. Quãdocunq; mysticũ aliquid exprimendũ venit ⁊ vulgarizandũ: familiariter addendũ est hoc. s. spũaliter vel mistyce: vt simplices intelligant q ibi est sensus spũalis/ seu mystic⁹. ne lr̃alia mysticis ꝯfundãt: aut ecõtra. ⁊ ne dicta p̃dicantis sint obscura auditoribus.

Undecima regula. In mysticatiõibus hoc verbũ est/ vulgarisandũ est ꝓ significat. ⁊ p hoc itelligibilior erit locutio ⁊ auditorib⁹ vtilior. Vñ cũ in libro habet: Nihil aliud est. vulgariset: Est/ id est significat. Et aliqñ adiũgi poterit in hoc loco seu in ꝓposito. q̃uis etiã ꝑm aliã institutionem in eodem loco aliud significare posset. In quo casu sufficeret dicere: Nihil aliud est: id est significat.

Duodecima regula. Hoc verbũ: accipit: in mysticationib⁹ vulgarisari debet ꝓ significat vel significatur ꝑm exigentiam congruitatis. Verbi gratia. Non dicatur do by sollen wir vff nemen. sed sic: Do by sollen wir verstan. Vel sic: Do by würt vnß betüttet geistlichen.

Tredecĩa regl̃a. Exq equiuocatio ẽ mr̃ erroris: ⁊ virtutes vocabulor̃ ignorãtes d facili paralogisant:

id est decipiunt: vt dicit Aristo. j. elencor. In vulgarisatione dictionū sollerter cauendū est: ne quis equiuocatione vocabulor seu dictionū deceptus/eas in alia acceptione vulgariset q̄ i passu suo accipiunt ⁊ vulgarisande sunt. Exemplū superbor vl auaror sunt tria genera: nō dicat: Drye geschlecht sed dicatur: Dryerhand. vel Dryerley sint Der hochfertigen.

Exemplum aliud hoc est. Aliud genus potētie. i. ali⁹ modus: vulgariter/wyse. Aliud exemplū. Hoc nomē iesus/vt sancta crux/vel signū crucis habet multas virtutes. Nō dicamus: tugent. sicut aliqui dicūt ⁊ male: sed/krafft. quia virtus ibi vim seu vigorem aut efficatiā significat. et ꝑm hoc vulgarisandum est vocabulum.

Quartadecima regla: In vulgarisādo auctoritates adductas in cū aliq̄d expositiue addi expedit: et hoc ꝑ meliori et clariori ⁊ intelligibiliori vulgarisatiōe. Ratio: qz sepenumero nō pōt res ita intelligibiliter dici tā paucis verbis in vulgari sicut in latino habet. Et ideo ne ob precisionē verbor res intelligibilis reddat in vulgari/expositiue aliqua addenda veniunt.

Decimaquinta regula. q̄ ꝓprietas rei cōsiderāda est: et nois vera significatio vel deriuatio: quia vt dicit Albricus de rosate in dictionario. et insti. de dona. §. est ⁊ aliud. Homina debent esse cōsona rebus. et sic nō debet vulgarisatio esse ꝓtraria rei nois seu ei⁹ significato. Verbi gratia. Clos vulgarisatis nomē trinitatis ꝑ verbū/dryualtikeit. et male. Probatio. Hiero. dicit. Ex verbis inordinate ꝓlatis incurrit heresis. ⁊ ideo caute vulgarisandū et loquēdū est cū magna modestia et timore. vt dicit Augus. in. j. de trinitate ⁊ magr sen. li. j. di. xix. habet: q̄ deus nō est dicendus triplex/sed trinus. Ibi eñ nō est triplicitas vbi summa est vnitas et indifferens eqlitas. Et eodem li. dis. xxiij. i fi. dicit magr: q̄ deus nō debet dici multiplex: sed trinus et simplex. Ideo non debemus dicere/Dryualtikeyt. sed/trinitet. iuxta latinū: sicut etiā gallici faciūt dicentes: la trinite. cuius etiā drylikeit vel Dryeheit aut Dryeinikeit dici posset.

Consideratio.xix. De quenientia ⁊ differentia rhetorice diuine cū rhetorica humana.

OE Rhetorica diuina i hoc opusculo loquimur: cui⁹ vsus est in pdicatione: nō de illa cuius vsus est in sola oratione. De qua venerādus ⁊ egregius pater/magister Guilhelmus Parisien. eps scribit in solenni tractatu de rhetorica diuina siue arte oratoria eloquentie diuine: sed de illa loquimur que ꝓsistit in officio docēdi et pdicandi: in quibus (vt pfatus magister Guilhelmus inqt) residuū militie clericalis consistit.

Rhetorica humana est scientia docēs ꝺ quo cūq; scibili decenter inuenire: materiā inuentā disponere: dispositā p ptes ordinare: ipsamq; verbis et sententijs venusta re: venustatā memorie cōmendare: memorie cōmendatā decenter eloqui et pnūciare. Et sic officiū rhetoris habet quinq; ptes. que in dicta diffinitiōe ꝓtinent. Tliver. Inuenit: disponit. ac eloquit: memitq;. Postrēo rhetor pnūciat oia recte

Artis dicendi seu rhetorice humane ptes.

- Facultas/est certa/facilis et prompta dicendi potestas.
- Finis est persuadere dictione.
- Officiū/est apposite dicere ad psuasionez.
- Materia/est in qua omnis ars dicēdi et facultas que ꝓficit ex arte versatur: ⁊ tribus causaꝝ generibus consumitur.
- Instrumentum/est idonea ad persuasionem oratio.

Facultatis partes

- Ars/est preceptio que dat certam viam rationemq; dicendi.
- Imitatio/qua impellimur cum diligenti ratione/vt aliquoꝝ similes in dicendo valeamus esse.
- Exercitatio/est assiduus vsus consuetudoq; dicendi.

Finis est persuadere dictione. Suadere est inducere animū auditoris ad aliquid faciendū. et est officium oratoris in genere deliberatiuo. Persuadere autem est mouere affectum auditoris: vt faciat quod petimus. Unde persuadem⁹ in genere cause: Sed suadem⁹ in genere deliberatiuo.

Officij partes quinq;

- Inuentio est excogitatio rerum veraruꝫ atq; verisimilium: que causam ꝓbabilem reddant. Potissimum oratoris ꝓsistit in inuentiõe
- Dispositio est rerum inuentarum in ordinem distributio.
- Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum ad inuentionem accomodatio.
- Memoria est firma animi rerum et verborum et dispositionis perceptio.
- Pronunciatio est ex rerum et verborum dignitate/vocis/vultus/gestus moderatio cum venustate.

Materia habet tria causarum genera quibus consumitur

- Judiciale genus cause est: quod positum est in controuersia. habet in se accusationem/aut petitionem cum defensione.
- Deliberatiuum est quod positum est in consultatione. Habet in se suasionem et dissuasionem cum vtilitate et honestate proposita.
- Demonstratiuum est quod tribuitur in alicuius certe personale laudem aut vituperationem.

Exordium est orō seu principiū oratiōis animū auditoris ad reliquam dictionem seu partem preparans.

Narratio est rerum gestarum/aut vt gestarum expositio.

Diuisio est per quā aperimus quid conueniat: q̄d in ꝯtrouersa sit: et ꝑ quam exponimus quibus de rebus simus dicturi.

Instrumentū ē idonea ad ꝑsuasionē orō hꝫ sex ꝑtes

Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio: cause nostre robur argumentando tribuens.

Confutatio est contrarioꝝ locoꝝ dissolutio: id ē argumentoꝝ q̄ ꝯtra nos fieri pñt.

Conclusio est artificiosus terminus totiꝰ orōis: auditoris memoriam confirmans: aut animū vehementer cōmouens.

Egressio est pars oratiōis nata ex aliqua sex ꝑtiū p̄dictarum: illiq; connexa vtilis directe/vel indirecte ad eundem finem ad quem tendit totalis oratio.

Marcꝰ tulliꝰ cicero i.j. libro ad gniū herēniū noue rhetorice tractat de generibꝰ cāꝝ eēntialiū: ꝺ inuētiōe ⁊ eiꝰ sex ꝑtibꝰ scꝫ exordio/narratiōe ⁊c. Addūt alij egressionē. Et de q̄ttuor generibꝰ cāꝝ accñtaliū. s. honesto/turpi/dubio/hūili. In.ij. libro tractat de genere cāe iudiciali. In.iij. ꝺ genere deliberatiuo: ⁊ de tribꝰ alijs ꝑtibꝰ huiꝰ scie. s. dispositiōe/memoria/et pronunciatione. In quarto ⁊ vltimo libro de elocutione.

Itē elocutiōis ꝑtes sunt elogantia/cōpositio/⁊ dignitas: q̄ omnia faciūt ad politam ⁊ ornatā orōnē. vt in p̄dictis Tullij et alioꝝ artis dicēdi libris habere potestis. Vñ versus:

Ars certos/vsos promptos: imitatio reddit
Artifices aptos: tria concurrentia summos.

Hec ad petita vestra posui: vt modicam saltem directionem de rhetorica humana videre possitis.

In hoc autē conuenit rhetorica diuina cū rethorica humana: qꝛ sicut eloquēdi scia quā rhetoricā hūa-

nā vocāt: habet ꝯtū ad eius officiū/inuentionē/dispositionē/
elocutionē/memoriā/ꝛ pnūciationē/Sic etiā diuina rhetori-
ca habet istas quinq; ptes. De quaꝝ tribus p̄mis ꝯtū ad no
strū sufficit ꝓpositū/supius hincinde dictū est: ꝛ in sequenti-
bus cōsiderationib⁹ de duabus vltimis dicemus deo dante.

Differūt aūt: qꝛ rhetorica humana cudit sermonē politū q̄
rationē inducit. Ratio ꝝo mouet volūtatē: voluntas aūt to-
tū mundū ꝛc. Sed rhetorica diuina cuius act⁹ est in p̄dicati-
one/nō reqrit sermonē politū. Vñ Hiero. in epistola ad Da-
masum papā. De scꝑturis inquit diuinis disputantē non de-
cet Aristotelis argumenta ꝙquirere: nec ex flumine tulliane
eloquentie ducēdus est riuulus: nec aures Quintiliani flo-
sculis: ꝛ scholari declamatiōe mulcēde sunt: sed sit locutio pe-
d⁹stris/ꝛ quotidiane similis: que sensum rei adisserat/nō ꝝ-
boꝝ compositione frondescat/sint alij disserti: laudēter vt vo
lūt: ꝛ inflatis buccis spumātia verba trutinent: Mihi sufficit
sic loqui vt intelligar: ꝛ de scꝑturis disputās/scripturaꝝ imi-
ter simplicitatez. Et Paulus. j. Coꝝ. ij. Predicatio mea non
est in p̄suasibilibus humane sapiente verbis. ꝙ in ostensione
spūs ꝛ virtutis. ꝛ. j. Coꝝ. j. ō philosophis ꝙcludit ap̄s dicēs:
Placuit deo p̄ stulticiā p̄dicationis saluos facere credentes.
Cui ꝙcordat decretū in. c. omnē. xxxvij. dist. vbi dicit: q̄ non
placuit deo in dialectica: sed regnū dei in simplicitate fidei ē/
nō in ꝓtentione sermonis. ꝛ in c. sedulo. xxxviij. dist. Aug. in
libro de catheziz̄dis rudibus: Maxime inquit est vtile nos-
se ita esse: ꝑponēdis verbis sentētias/vt p̄ponit anim⁹ corpi.
Ex quo fit vt ita malle debeāt/veriores q̄ disertiores audi-
re sermōes: sicut malle debent p̄udētiores q̄ formosiores ha-
bere amicos. Mouerint eñ nō eē voces ad aures dei nisi ani-
mi affectū. hec ibi. Amplius scribit in li. x. ecclesiastice histo-
rie: Cū sancti patres venissent ad consiliū Nicenum: contigit
vnū de p̄bis et dialecticis illuc ꝓgregatis facere ꝙflictum di-
putationis cū epis: in tantū q̄ flebat ingēs spectaculū/multi
ꝙuenientib⁹ ad audiendū. Nec poterat p̄bs ꝙcludi a quoq̄.
Quod videns quidā de ꝙfessorib⁹ simplex: ꝛ nihil sciens ni
si Jesum christū et hunc crucifixum. poposcit se cū p̄bo posse

sermocinari. Quod videns illi qui nouerant eius simplicitatem/ noluerūt pati: ne ei⁹ scta simplicitas irrisione ꝓtemneretur. Ille tamen pstitit mouēs sermonē ac dicens: In noīe ihesu xpi pbe audi que vere sunt. Deus vnus est q̄ creauit oia verbo virtutis sue: hoc. s. verbo/ hac sapiēcia quā nos filium eius dicimus: caro factum est: ⁊ p passionē et mortē nos a morte liberauit: ⁊ resurrectione sua vitā eternam nobis ꝓmisit: quē expectem⁹ iudicē omniū. Credis ita philosophe: At ille velut si nunq̄ vllum sermonē ꝓtradicēdi didicisset: ita obstupefactus virtute verboꝝ eius ad omnia mutus hoc solum potuit respondere: ita sibi videri: nec aliud posse esse magis verum. Cui senior: Si ita credidisti: surge ⁊ sequere me/ ⁊ huiusmodi fidei signaculū suscipe. Et cōuersus pbus ad oēs ait: Audite o viri eruditi: Dū verbis res mecū gesta ē/ verba verbis apposui: ⁊ q̄ dicebaṁ/ dicēdi arte subuerti: vbi vero ꝓ verbis virtus ꝓcessit ex ore dicētis/ resistere verba virtuti nō valuerūt: nec hō aduersari potuit deo: ⁊ ideo si qs vestrū potuit in his q̄ dicta sunt sentire q̄ sensi: credat christo: ⁊ sequaṫ hunc senē: in quo locut⁹ est de⁹. Et ita pbs fact⁹ ē christian⁹: ⁊ gratulat⁹ est se esse victū: quia sicut dicit Act. vi. Non potebant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebatur. Ibidem etiā dicit: q̄ cū quidā magnificentia sermonis illuderet sacerdotibus: quidam senex simplex/ non sine formidine seniorum accessit dicēs: In nomine domini o philosophe audi dogmata veritatis: Unus est creator omnū: ⁊ verbū eius quo creauit omnia/ quod filiū nominamus. Cum hoc credimus: noli inuestigare studium: ⁊ si credis hoc/ respōde. At ille: Credo inquit. ⁊ mutatus est ineffabili virtute. Ibidē iterū aliud ponitur exemplū: quo fertur q̄ cū imperator Constantinus venisset Bisuntū: ⁊ philosophi venissent disputare cum alexandro Constantine vrbis ep̄o. et vnus ꝓ omnib⁹ esset electus: ait ei ep̄s: In nomine domini impono tibi silentiū. ⁊ sic factū est. Itē in vita sancti Augustini similia legunt⁊c. Ex qb⁹ apparet: q̄ sermones simplices ⁊ deuoti sunt vtiliores: ⁊ q̄ sic p̄dicantib⁹ (sicut dicit in ps. lxvij.) dns dabit verbū euangelizantibus virtute multa. Preterea dicit Seneca in epistola:

Ad rem mouearis: nō ad verba cōposita. Nā oratio eius qui veritati operā dat/incōposita debet esse ⁊ simplex.

Consideratio. xx. De memoria.

QVm res et dispositionē ac modum eas eloquendi ⁊ vulgarizandi excogitauerim⁹: anteq̄ audeamus ipsas ꝓferre/necessario memorie firmiter cōmēdari debebūt: ne cū loqui ceperim⁹: aut obliuione quadam cōfusi taceam⁹: aut alia loquamur q̄ ab initio ꝓposueramus. Idcirco de memoria consequenter dicendū. Est autē duplex memoria: naturalis scz: ⁊ artificialis. De artificiali q̄dam etiā in ea periti parū curant ad ꝓpositū nostrū: dicentes q̄ modicū eos releuat in p̄dicando. Si igit̄ p̄dicator illam artificialem memoriā vel nō nouerit/vel nō curat: tunc debilitati seu defectui naturalis memorie succurrat p aliquā chartam seu scedulā: principalia mēbra seu puncta sermonis/diuisionis ⁊ subdiuisionis in ea signando: vel etiam si placeat ac sibi cōueniat/totū sermonē ante se ponendo. Nec verecundet̄ de hoc: cū nō fit verecundia dignū: eo q̄ a valentibus viris sepe visum sit. Vnde in Theologia ⁊ iuridica doctores/inspectu librorū suas faciunt lectiones: ⁊ facere tenent̄. Preterea suas orationes/collationes seu ad clerū sermones inspectu librorū facere soliti sunt. Quod igitur incōueniens: si ceteris paribꝰ inspectu charte vel scedule vel memorialis aut quaterni faciat quis suum sermonē ad populum: dummodo nō legat de verbo ad verbū: sed aliquando inspiciat: ⁊c. Cautius em̄ est ⁊ minus poterit aliquid eorū q̄ ds dicendi ꝓposuit/obliuioni tradere/quod vtiq̄ ⁊ p̄dicanti ⁊ auditoribus accōmodū est ⁊ vtile: Vnde curiosi stulti videntur/qui de huiusmodi verecundantur. De solo em̄ peccato verecundari debem⁹. Quia dicit phs. vij. ethicorū. Verecundia est timor glorificationis. Reddit̄ aut̄ homo ingloriosus seu vituperio dignus: quando vitiosum quid seu turpitudinē cōmittit: cuiꝰ p voluntatē ipse est auctor. Non ergo debet homo verecundari de actibus virtuosis: neq̄ de defectibus naturalibus quorum ipse

nō est auctor. Posset etiam naturalis memoria fortificari et subleuari per bonum regimen studiosorum. Verumtamen quia de arte memoratiua seu artificiali memoria directionez aliquam habere petistis: eo q̄ prouerbio cōmuni dicitur: Si charta cadit/scientia non mecum vadit: per viginti particulas vobis tradere cogitaui.

Particula prima: De natura memorie. B

Later virtutes quas retētiuas appellam⁹. vnā dicim⁹ memoratiuā: aliā reminiscitiuā inter q̄s est magna differētia: q̄ memoria assimilat librō cum nō inspicit. Reminiscētia vero lecture: eo q̄ organū memoratiue p̄ sui officio solū habet imagines cōtinere/nō vt eas vel fm eas dijudicet: sicut neq̄ tabula scripturas indicat q̄ sunt in ipsa depicte. quo fit vt geometre etiā cum dormiāt memoriā geometrie dicunt habere. Nam vere loquēdo: neq̄ p̄ somnū/neq̄ p̄ ebrietatē/nec aliā hmōi mentis occupationē/pōt quis p̄prie dici scientiā aliquā obliuioni dedisse. Sic memorie cōtrariat obliuio p̄prie sumpta. Sed de reminiscētia nō solum somno vel ebrietate q̄s pellit: sed etiā q̄cūq̄ mētis turbatiōe t auersione. Verbi gr̄a. Si q̄s in magno libro legeret aliq̄d: t alius subito hincinde folia verteret/aut clauderet: tunc lector ille a passu in quo legit esset auersus. Verū est tamen: q̄ virtus memoratiua t reminiscitiua sunt circa idē: vtputa q̄ memoria egregij viri est velut imensus quidā liber in q̄ plurima sunt cōscripta. Reminiscentia vero est velut illi⁹ reuolutio/t in ei⁹ diuersis partib⁹ actualis inspectio. p̄pter q̄ō memoria p̄portionat habitui: sed reminiscentia actui. In p̄posito autē memoria capit pro quodā cōiuncto ex vtraq̄ virtute: quapropter hic tradit ars t retinendi: t quodlibet retentorū cū volueris cōsiderandi seu legendi.

Particula secūda: De differentia inter memoriā naturalem t artificialem. C

Quia superius dixim⁹ duplex

est memoria. ſ. naturalis ⁊ artificialis: hic eoꝝ differẽtias ſub iungere volumus. Naturalis memoria ſm Ciceronẽ/eſt ea q̃ noſtris animis inſita eſt et ſimul cũ cogitatione nata. Per qõ intelligo: q memoria naturaliꝫ eſt q̃ ꝓſtat veris/caſualibus/ aut mutuatis imaginibꝰ/alio nullo ꝑ induſtriã adminiculo iuncto. Veris dico: ꝓpter ea memorabilia q̃ prius ſunt viſa: aut aliq̃ alio ſenſu ꝓcepta. Talia nãq; veris rerũ imaginibus retineꝫ. Deinde ſequiꝫ caſualibꝰ: ꝓpter ea q̃ nõ ſunt a nobis viſa. Sicut ego memoriã habeo de eo q dauid interfecit Goliam. Hoc eñ retineo ex lectura Biblie ꝑ imagines a me fictas: q̃ forſan vere ſunt imagines ipſoꝝ Dauid et Golie. Et fortaſſis nõ ſunt eoꝝ imagines vere. Quod ideo ſciri poteſt: qñ ego in animo alias imagines habeo Dauid ⁊ Golie q̃ tu vel ille. imo inter mille milia hoim hoc legentiũ nõ erũt duo qui ipſum Dauid ſimilibꝰ imaginibꝰ in mente deſcribent aut Golyam: ſicut ⁊ ipſi a plurib⁹ pictoribus diuerſis imaginibꝰ depinguñ: immo ⁊ ab eodẽ pictore diuerſis temporibus nõ omnino ſiꝫ depinguñ. Quapropter merito imagines ille caſuales appellanꝫ. Nã fortuitũ eſt ſi ꝓpriã ipſi⁹ dauid imaginem quiſq; noſtrum habeat in animo. Conſequenter addidi: Aut mutuatis imaginibꝰ: ꝓpter res incorporales/q̃ non habent proprias imagines: vt ſubſtãtie ſepate a materia: ⁊ alie q̃s cõmuniter incorporales vocamꝰ: quas cũ intelligimꝰ/mutuamus imagines ab aliꝭ rebus: vt dicit Ariſto. qñ oportet vnũquẽq; intelligentẽ/phantaſmata ſpeculari. Et tales imagines etiã frequẽter alie ⁊ alie ſunt in aliꝭ et aliꝭ hoibꝰ. Vt ego capio ꝓ diuinitatis imagine infinitũ quẽdã ſplendorem. Alius aũt alia imagine ipſã figurat. Et ſic neq; ego/neq; ille ſibi verã donam⁹ imaginẽ: quia nõ habet. Itaq; naturalꝫ memoria eſt memoria cõſtans ex dictis imaginibꝰ: abſq; hoc q illis iungatur locus aliquis in quo non vere ſint: aut aliud adminiculum per induſtriã. Sed artificioſa memoria ſm Ciceronẽ: eſt ea quã cõfirmat inductio quedã ⁊ ratio ꝓceptionis: per quod intelligo q artificialis memoria eſt que cõſtat ex imaginibus quibuſcunq; veris: caſualibus aut mutuatis: alio quodam per induſtriã adminiculo iuncto: videlicet

aut loco seu locis: aut cōcathenatione. aut aliqua re tali: cum qua nō ꝯuertit̄ res memorāda a ꝑte rei: vt infra dicetur.

Particula tertia cōtinens tria tā ad naturalē q̄ etiā ad artificialē memoriā requisita. D

AD precōcipiendā materiā tria prerequirunt̄ tā ad memoriā naturalē q̄ etiā artificialem. s. vacatio. māsuetudo ⁊ sobrietas. Vacatio: ne memoria distrahat̄ per continuā occupationē extraneā. Mansuetudo. ne vis concupiscibilis turbetur per iram aut impatientiam. Sobrietas/ne vis concupiscibilis suffocet̄ per intemperantiam videlicet cibi ⁊ potus. Unde duo sunt impedimēta que memoriam naturalē impediunt: videlicet confusio ordinis ⁊ debilitas impssionis. Quantū ad ordinis confusionē clarum est. Nam ille qui materiam suam confuse ⁊ indistincte memorie commendauerit: non potest illa tamdiu retinere sicut illa que fiunt cū bona distinctione: quia omnis multitudo sine distinctione est inimica memorie. Quantū vero ad debilitatez impressionis etiā clarū est. Nam illa que debiliter ac supficialiter imprimuntur seu memorie cōmendant̄: etiam de facili a memoria abluunt̄. quia illud quod cito fit cito perit. Igitur necesse ē q̄ talia q̄ diu memorari volum⁹: cū exercitio ꝯtinuo imprimam⁹ ⁊ reiterem⁹. quia Lectio lecta placet decies repetita placebit. Ex actib⁹ nāq̄ frequenter iteratis fit habitus.

Particula quarta. De fundamento artis memoratiue. E

ARtificiosa memoria ex locis et imaginib⁹ constat. Hui⁹ facillime ꝓpositionis intellectio toti arti memoratiue pandit introitū. Quēadmodū em̄ qui lr̄as sciunt pñt id qd̄ dictuz est scribere: ⁊ ea q̄ scripserunt recitare: ita qui multa didicerūt: pñt hac arte qd̄ audiuerunt in suis locis collocare: ⁊ ex his memoriter ꝓnunciare. Cōparantur autē hi loci cere vel charte: et imagines in ipsis locate scripturis. Nam sicut tabula cerata primo capitur rasa et

planata:consequenter in ea scribimus quicqd volumus retinere. Et cū deinceps nō curamus retinere:dolere debemus. In ꝓmo capiunt loci sine imaginibus ⁊ vacui. Consequenter ea que volum⁹ retinere in eisdē locis per suas imagines depingim⁹ virtute phantastica:⁊ retinem⁹ q̄diu volum⁹. Cūq; nō curamus earū rerū habere memoriā:tunc animū ab imaginibus auertimus:⁊ per hoc eas delemus:ac iterum eadem habemus loca parata ꝓ nouarū rerum imaginibus collocandis. Item sicut locas cere ⁊ imagines scripture cōparantur:ita ꝓnunciatio lectioni comparatur: que quidem cum ordine fieri solent. Ordo est recta figurarum dispositio: qua vnaquęq; imago suum obtinet locū:ita vt que locis mandanda sunt:certo ordine collocentur. F

Particula quinta. De diuersis modis preparationis locorum.

IN precedenti particula de primis ꝓpijs ⁊ instrumentis in hac arte vtendis:tanq̄ de fundamento artis memoratiue ꝓmisimus. Necessariū erit amplius naturas ⁊ differentias locoꝝ ⁊ imaginū noscere. Et primo locorū. Duplicia igit̄ loca nobis cōstituere possumus videlicet aut vera aut ficta. Vera loca sunt q̄ extra phantasiā nostram habent existentiā:siue sint facta p artē:siue p naturā. Per artem dico:vt edificia ⁊ partes eoꝝ. Per naturā autē vt rupes/montes/valles/prata/fluuij/silue ⁊ alia talia ac partes eorū. Ficta loca sunt:q̄ in sola nostra phantasia ꝓsistunt. Poterim⁹ igit̄ ex quouis istoꝝ genere locoꝝ ea nobis parare q̄ voluerimus siue vera siue ficta. Adhuc autē quodlibet istoꝝ est duplex:quia duplicia sunt talia loca:scz maiora ⁊ minora. Maiora sunt camere seu habitationes aut alia naturalia seu artificialia.⁊ illoꝝ locorū fieri debet debita dispositio et debitus ordo:vt sciatur que sit prima habitatio in ordine. que secunda:que tertia:⁊ sic de alijs. Et q̄ recipiat etiā retrograde numerare ꝓpter maiorē impssionē situs. Ideo dicunt loca maiora:quia se habent tanq̄ preseruatiua locorū illorum mino-

rum: ad que debet tunc fieri applicatio materie aut affixio. Et loca in hac arte dāt ordinē materie. Et ꝑ ea memoria naturalis reflectit̄ de loco ad locū seu de materia ad materiā. Unde pro facili ⁊ prompta acceptione locoꝝ aduertendū: ꝙ ꝑfectio huiꝰ artis ex parte locoꝝ cōsistit in centū locis familiaribꝰ: q̄ faciliter tribus modis haberi possunt. Primꝰ modus est: vt accipiant̄ decem domꝰ nobis familiarissime: id est a nobis optime frequentate. in quarū qualibet accipiant̄ decem loca dumtaxat situ: figura ⁊ colore differentia. ⁊ ita per multiplicationem habebunt̄ centū loca familiaria. ⁊ hic locus est facilis et vtilis incipientibus. Secundus modus est accipiendo viginti figuras: animaliū. forma ⁊ figura distinctas. in quarū qualibet accipiant̄ quinq̄ loca dūtaxat naturaliter ordinata ſm mēbra organica earundez. Et vt habeat̄ ordo inter istas figuras: bonū est eas accipere ſm ordinem litterarū alphabeti: ita ꝙ per primā litterā scz a: intelligatur asinus. per b bos. per c canis. per d dromedarius. per e equus. per f fatuus. per g griffo. per h hircꝰ. per i imperator. per k katherina sancta. per l leo. ꝑ m monachus. ꝑ n nutrix. ꝑ o ouis. ꝑ p pastor. per q quiris: id est miles. ꝑ r rusticus. ꝑ s serpens. ꝑ t tubicinator per v vrsus. Tertius modus est accipiendo viginti mansiones vel spacia vel instrumenta. in quorū quolibet iterum quinq̄ loca accipiant̄. Et vt ordo habeatur inter illa: iterum accipiantur ſm ordinē alphabeti: ita ꝙ ꝑ a intelligit̄ aula. per b biblioteca. id est liberaria. ꝑ c capella parua. per d dormitorium. ꝑ e estiuale. per f fabrica. per g granariū. ꝑ h horreum. ꝑ i interlocutoriū. ꝑ k kathedra doctoralis. ꝑ l latrina. ꝑ m monasteriū. ꝑ n numulatoriū. per o officina: vulga. werckhus. per p pulpitū: vulga. letner. per q quinquatrinū. id est q̄nq̄ porticuū locꝰ seu spaciū. per r refectoriū. per s stuba. per t tentorium: vulga. zelt. per v velum templi. vulga. hungertuch. Et isto modo aliquando vsus fui: vt sic pro aula magnā aulā ecclesie Basiliensis acceperim: in qua est locus verus capitularis. pro b bibliotecam eiusdē ecclesie basiliensis prope eandem aulam. et pro c infra bibliotecam capellam paruā sancti Nicolai. pro d dormitorium vnum curie episcopalis vicinum

bibliotece. pro e. estiuale duoꝝ theutonicoꝝ ꝛc̄. ꝛ sic in q̄libet mansionū q̄nq̄ loca. Et est satis facilis iste modus. Posset tamen q̄libet sibi capere mãsiones alias q̄scunq̄ vellet vt pro a apotecã. antrũ vel armarlũ ꝛc̄. pro b burgũ. pro c coclea cubile capella cibariũ cellariũ. casa pastoralis. chorus ꝛc̄. pro d domus. pro e ecclesia parua nõ multũ frequentata vel estuariũ. pro f feretrum: id est ferens mortuũ. vel farinariũ: vulga. butelhus vel melhus. pro g gazophilaciũ: gallinariũ. vel grangia. vulga. schür. pro h hospitiũ hospitale. pro i inclusoriũ vl̄ iudiciariũ. i. ꝯsistoriũ. pro k kalendariũ magnũ cum rotis planetarũ. pro l lauatoriũ: vulga: weschuſ. pro m mensa molendinũ maceria: vulga. alt nider gefallen hus. pro n nauis. pro o ortus ostiũ. pro p portic⁹ salomonis: vulga: für schopff. vel pastoforiũ vulga. capel vor einẽ tẽpel: pons. pro q quadriga quadrangulũ: vulga. viereckecht turn. Quaternio. i. q̄tern⁹ in quo sunt folia distincta alba rubea ꝛc̄. pro r refectoriũ. pro s stuba. pro t tabernaculũ. pro v vexillũ ꝛc̄. Et ita iterum quolibet illoꝝ duoꝝ vltimoꝝ modoꝝ habebunt̄ centũ loca: q̄ per exercitationẽ nobis poterunt fieri aptissima.

Particula sexta. De numero: quãtitate: qualitate: distantia ꝛ ordine locorum. h

Loci de quibus supra diximus siue veri fuerint siue ficti: nõ sunt indifferẽter sumẽdi. Nã numerũ quãtitatẽ. q̄litatẽ. distãtiã ꝛ ordinẽ certa moderatione debẽt hr̄e. Vñ q̄ ꝑ artẽ simul multa voluerit memorari in maiori multitudine: locos ꝑpetuos sibi p̄parare debebit. quẽadmodũ q̄ simul multa volet in scp̄tis reponere. ceratã tabulã maiorẽ req̄ret: sꝫ qui pauca simul memorare voluerit: ꝛ illis reiectis seu deletis alia pauca: cõtent⁹ esse poterit minori numero locoꝝ. Debet etiã vnusquisq̄ loc⁹ moderatã habere quantitatẽ seu magnitudinẽ. Nam si loca sint nimis ampla: ampliuagas imagines reddunt. Si vero nimis angusta siue stricta: sepe nõ vident̄ imaginum esse capacia. Tum neq̄ nimis illustres neq̄ vehementer obscuros locos haberi opor-

tet:ne aut obcecent tenebris imagines:aut splendore p̄fulge ant. Si tamē veri loci sumant:debēt capi in regione derelicta hoc est in regione in qua nō est hominū frequentia ⁊ deambulatio multa. Nā cū res memorādas in huiusmodi locis p nos locatas memorari vellem⁹:simul occurrerent hoīm ob ambulationes ⁊ frequentie:⁊ ꝯfunderent imagines memoratiuas. Et ꝓportionaliter qui sibi loca ficta parare voluerit:fabricare debebit locū in spacio ſm phantasiaꝫ deserto ⁊ derelicto ac nō frequētato p hmōi deambulationes aut frequentias. Interualla vero locorum Ciceroni placet esse mediocria. vt fere pauloplus aut minus pedū tricenū. Nam sicut visus iudicat res diuersas abinuicē longe distantes p quandā ꝓgressioneꝫ seu deambulationē laboriosam qua vadit de ꝓpinquo visibili in remotū:⁊ de illo cōsequenter in remotius:⁊ sic deinceps: sic ⁊ virtus phantastica quendā habet motū similē deambulationi p quē ab vno cogitato discurrit in alterū:⁊ consequenter in tertiū:⁊ sic vlterius qui motus tanto difficilior ⁊ quodāmodo tardior ac laboriosior est:cū inter illa q̄ multū concipiunt a se distare processerit:quare nō minus debebunt loca distare. Sed etiā si nimis ꝓpinqua forent loca:possent ī ipsis imagines locande cōfundi:quēadmodū si lr̄a in cera vl' charta nimis sibijnuicē ꝓximarent. Preterea loci ordinē certū habere debent:vt ꝑpetuo sciam⁹ q̄s p̄mus:q̄s secūdus:quis tertius:⁊ sic deinceps vsq̄ ad finē. Nam cū ita p ordinem sint nobis loci statuti:⁊ in eis plures imagines posuerim⁹ ad pluriū rerū habendā memoriā:ex ordine cōsequemur hāc vtilitatē: vt scꝫ sit nobis indifferens:an ab initio velim⁹ memorata proferre versus finē procedendo:vel an incipiamus a fine retrogradiendo versus p̄ncipiū. vel etiā incipiendo a medio:⁊ partim versus finē procedendo:⁊ partim retrogradiendo versus p̄ncipiū. Quēadmodū si plures ꝑsone nobis note starent in ordine:nihil interesset vtrū a summo an ab imo vel a medio inciperem⁹ eoꝝ noīa dicere. ¶ Et ad prompti⁹ sciendum q̄ttus sit vnusq̄sq̄ loc⁹ in ordine:placuit Ciceroni vt p quinarios distinguant:sicut faciūt illi q̄ vtunt tertio mō in p̄cedēti articulo posito capiendi locos veros seu mansiones sicut ego

feci in locis meis: vbi in qualibet mansione sunt quinq; loci. Si em̄ velim scire in quotto loco locauerim id quod locaui in vltimo loco quinte mansionis: quia quinquies quinq; sūt vigintiquinq;. scio q̄ in vicesimoquinto loco rem meam locauerim. ⁊ sic consequenter.

Particula. vij. q̄ loca per meditationē assiduam animo debent imprimi. ⁊ q̄ in eis nō debent imagines noue scribi nisi deletis antiquis. k

Postq̄ ergo predicto modo loca nobis idonea aut meminerim⁹ aut finxerim⁹: oportebit ea frequenter p̄ phantasiā trāscurrere vacua. ⁊ sine imaginib⁹ existentia: q̄tenus cū eis vti oporteat. sint nobis omnino promptissima. Nā cū se causis offerret: quo sit nobis vtendum hac arte: si tunc locorū memoria sit querenda ⁊ laboriosa: qualiter imagines habebunt̄ in promptu. quas constat ex memoria locoꝝ pendere. Sic ergo loci debent nobis esse meditatissimi: ⁊ ꝑpetuo cū voluerim⁹ phantasie nostre sine mora p̄sentissimi. quod nullo modo fieri poterit nisi p̄ eoꝝ meditationem assiduam atq; frequentē. Sed quoniā vt dictū est. cum rerum quarū in locis imagines posuerimus ampli⁹ nolumus memorari: debebūt imagines ille deleri: videlicet nō cogitando ad ipsas. Frequenter expediet si hodie fuerimus vsi aliquibus locis pro rebus memorādis: vt cras pro rebus alijs memorandis: non eisdē sed alijs locis vtamur: quaten⁹ p̄ obliuionē imaginū primi loci bene planent̄ anteq̄ in ipsis imagines noue scribant̄. Si em̄ in eisdem locis quibus modico tempore transacto imagines posuerā. nouas iam locarem imagines prioribꝰ nondū sufficienter deletis per obliuionē: indubie contingeret: q̄ memoria conturbaret̄. ⁊ veteres imagines cum nouis confunderentur.

Particula. viij. Quales imagines debeant sumi.

Diximus hactenus de locis suf

ficienter: nunc de imaginibus est dicendũ. Imagines igitur sunt note quedã ⁊ similitudines eoꝝ que volum⁹ memorari. Sunt aũt alique imagines firme ⁊ ad mouendũ idonee. aliq̃ imbecilles ⁊ infirme: q̃ vix possint excitare memoriã. ⁊ qua de causa fiat vtrũq; nobis cõsiderãdũ est: vt cognita causa scire possim⁹ q̃s imagines seq̃mur: ⁊ q̃s vitare debem⁹. Docet aũt nos natura q̃d fieri oporteat. Nã ſm naturã quãto res animũ nostrũ min⁹ cõmouerit: tanto citi⁹ labit̃ ex memoria. Ecõtrario quãto forti⁹ mouerit tanto diuti⁹ ⁊ firmius memorie ꝑmanebit impressa. Res autẽ que parũ cõmouent animũ sunt ille q̃ sunt parue. vsitate quottidiane. Que vero fortiter mouẽt: sunt ille q̃ magne sunt. incredibiles. inuise. inaudite noue. rare. admirabiles. habẽtes egregiã turpitudinẽ vel difformitatem. aut singularẽ venustatẽ. aut q̃ sunt ridiculose: vl̃ deflende. ꝓpter qd̃ eoꝝ optime cõmemoram⁹ q̃ in iuuẽtute seu puericie nob̃ ꝯtigerũt: eo ꝙ tũc nobis recẽter hũc mũdũ intrantibus oĩa noua videbant̃. Senib⁹ v̄o q̃ plurima sũt vsitata et q̃ttidiana q̃ obrem ⁊ si alia nulla causa subesset: debiliter memorant̃ eoꝝ q̃ vidẽt in senio: nisi magnã singularitatẽ cõtineant. Igit̃ in fabricãdo nobis imagines: erit ꝑ nos imitãda natura: vt videlicet imaginẽ quãcunq; sumpserim⁹: eã faciam⁹ insignẽ ꝑ aliqd̃ rarũ. iniustũ. nouũ. ridiculosum. aut aliud huiusmodi sibi coimaginatũ. Et qꝛ naturaliter pauca facili⁹ memorant̃ q̃ multa: q̃ tũ poterim⁹ paucis imaginib⁹ ẽ vtendũ: nõ vagis ⁊ ociosis: sed aliq̃d agentib⁹: eo ꝙ agẽtes imagines poterũt pluriũ imaginũ vices suꝑplere. Et sic debẽt esse note: determinate nõ ꝯfuse. ꝓprie. nõ equoce. Sunt autẽ duplices imagines: rerũ videlicet ⁊ vocũ seu verboꝝ. Res aũt sunt duplices visibiles videlicet ⁊ inuisibiles seu corporales ⁊ incorporales: ⁊ earundẽ q̃dã sunt substãtie: q̃dã accidentia. Siliter voces sunt duplices. quedã em̃ sunt significatiue ⁊ note. q̃dã nõ significatiue aut ignote. Harũ aũt oĩm siue rerũ siue vocũ: quedã sunt simplices: vt hõ/equus/arbor/asinus/ignis. q̃dã autẽ composite/aut cõplexe: sicut ille que ꝑ enunciationẽ aut historiam/aut argumentationẽ significant. Scd̃m hec omnia imagines huiusmodi variantur.

Particula nona. De virginibus rerum corporaliū ⁊ incorporaliū simpliciter apprehensarū.

QDnsequēter vt a facilioribꝫ incipiamꝰ. res corporales simplicit apphēse: vt hō equꝰ domus: sol: luna: ignis: aqua ⁊ hmōi p suas habēt imagines. quarū cū huiusmodi rerū memoriā habere volumꝰ: suas imagines p virtutē phantasticā ponemꝰ in locis p̄dictis. Sed in corporaliuꝫ rerū magis laborioſe capiunt imagines. In his tñ iuuamur p aliqō qō ad ipsas habet aspectū satis appropriatum. Verbi gratia: vt si pro imagine scientie capiamus librū in quo sciētia scripta est. p imagine vtutis coronā de lauro vl currum laureatū. p imagine iusticie statherā aut gladiū. pro imagine diuinitatis splendorē. p imagine libertat; annulos aureos. Hec eñ oia quandā habēt habitudinē ad dictas res incorporales. Tñ in p̄dictis aliud est nota rei incorporal: vt liber sciētie. aliud p̄miū: vt corona laurea vtutis. aliud sīle: vt statherа iusticie. aliud instrumētū iusticie: vt gladiꝰ: ⁊ ita cōsequēter in alijs. Tñ ad accipiēdū rerū incorpaliū imagines multū iuuat locos dialecticos scire. nā cū vnaquęq res incorporal habeat aliquā localē habitudinē ad rē corporalē: si illa res corporal sit sat; ei ppria: poterit p ei⁹ imagine sumi. Sīr si p metaphoricas rōnes attributoꝝ psonaliū q̄ tribui pūt rei nō corporali: repiat ipsiꝰ ad rē aliquā corporalē satis appropabilis habitudo tūc eandē rē corporalē vel potiꝰ ipsiꝰ imaginē poterimꝰ sumere ad notādū rē incorporalē. Sed obijcit ꝓra dicta. Nā si p iusticia sūpserimꝰ imaginē statherе vl gladiū: ⁊ in loco posuerimꝰ. cū tps p̄nunciādi aduenіet nescire poterimus an talē imaginē statherе p statehra sūpserimꝰ an p iusticia. Et sīr de gladio ⁊ alijs pportionalibꝰ imaginibꝰ hoc mō velut equocis. ⁊ sic tali dubietate poterit cōfundi memoria. Nō igit videbunt tales incorporaliū rerū cōueniētes imagines. Ad hoc dicēdū q̄ nisi hō diligēter impmeret aio imaginē statherе p iusticia se posuisse: ⁊ nō pro materiali statherа talis surgeret indubitanter confusio. Sed in hoc est oratori seu

predicatori viriliter intendendū: vt fortiter imprimat animo ꝓ q̄ resumpserit talē imaginē. Et q̄uis hō in principio cum nondum hac arte plene potit: huiusmodi poterit difficultate turbari: postmodū tamē cū fuerit exercitat⁹ assidue: penitus liberabitur ab illo periculo: quēadmodū ⁊ in scripturis ꝓtingit: vt si quis scribat in tabula Petrum ⁊ canē: ad habendum illorū memoriā: q̄uis illa sint equiuoca: cum tamē ad legendum peruenerit: simul in mentē veniet si nō negligenter scripserit: de quo petro cogitauerit: ⁊ an per canē intellexerit stellam. aut canem latrabilem: aut piscem marinum.

Particula decima. De imaginibus rerū compositarum.

QVedam res vt supra diximus apphendunt cōposite: vt enūciationis: narrationis: historie: argumētationis ⁊ aliorū: ⁊ talium imagines nō cōponunt ex omnib⁹ imaginib⁹ suor⁹ simpliciū. Nā cū aliqua narratio seu historia licet parua: mille simplicia cōtineat oporteret imagines numis multas habere: ⁊ surgeret inextricabilis laborintus: ⁊ sic ars ista cū memorie deberet ferre ꝓficuū: ipsā potius multitudine rerū cōfunderet. Sed notādū: q̄ ois res cōprehensa cōposite: aut condependentiā habet a suo principio vsq; ad finē: faciliter memorie naturali cōmendabilē: aut ꝓstituit ex partib⁹ cōdependentiā talē nō habentibus: quar⁹ partiū quālibet ꝑ se sumptā poterimus coherentiam appellare. Exemplum primi: vt quēlibet egypti plaga ꝑ se sumpta. Exemplū secundi: sicut est narratio omniū plagarū. Vtil ad cōstituendū memoriā alicuius vnius plage vt eius q̄ per ranas facta est: nō oportet ponere imagines omniū eorum que circa plagā illā fecerit aut dixerit deus aut moyses aut Pharao aut alius: eo q̄ illa cōdependent: ⁊ faciliter ꝑ vnū actum naturalis memorie retinent. Sed ad illā vnā plagā retinendā: sufficit vnicam sumere notā principalissimā: videlicet imaginem ranē: ⁊ eā in loco debito situare. Si autē omniū plagarū velim habere memoriam: hoc per diuisionem est necessario

faciendū. videlicet vt vniuſcuiuſq; plage diuiſim ꝛ p ſe notā accipiā: ꝛ ſic oēs plagarū notas ordinate ponā in locis. Similiter ſi quis ad aliquod idē ꝓpoſitū cōfirmandū velit plures adducere rōnes: vnaquęq; taliū rōnū debebit habere vnicā notā ſeu imaginē. Et ita longa narratio poſſet in plures diuidi partes: cuilibet earū ꝓpriā tribuēdi: ꝛ ita in alijs omnibus plicitatē aut multitudinē habentib⁹. Tales autē imagines multū differunt ab imaginibus rerū ſimpliciū. Nā ſimpliciū rerū imagines cōtinent aliqualem ſimilitudinē eorū quorum ſunt imagines. Sed iſte cōpoſitoꝝ imagines nō ſunt niſi note innuitiue ꝓportionales inſinuationibus talibus quibus aliquem monemus ad aliquā rem explicandā ſerioſe: vt cum alicui dicimus. Expone nobis de vanis egypti: ꝛ ille ꝓbanc ſolam notam in memoriā poſitus incipiat ſerioſe plagā illam detegere. Ex quo patet q; in memoria rerū apprehenſarum compoſite: magis admiſceꝫ virtus naturalis memorie ēē in ſimplicibus. Nam licet in compoſitis ars innuat ipſam notā: naturalis tamen memoria rei note tribuit virtutem rem per ordinem explicandi. In ſimplicium autem memoria indicat ſtatim rem memorabilem imago ſola.

Particula. xi. De colligātia imaginū.

PRo collatione imaginū aduertendū eſt magnopere. q; optimū in hac arte ē ſeruare colligantiā imaginū inter ſe: ꝛ etiā ad ſua loca. Talis aūt colligantia duplex eſt/quedā naturalis: vt cum naturaliter imago vnius ſequit imaginē alterius vel alteri colligatur. Alia eſt artificialis: vt cū fm noſtrā conſiderationem vna imago ſe exerceat cū alia. vt ſi memoriam habere voluero de homine/equo/lapide/igne/porco/arboꝛe: ꝛ ſic de multis alijs. tunc in primo loco ponam hominē: conſequenter imaginer q; ille teneat equum per caudā in ſecundo loco exiſtentē deinde equꝰ in ſecundo loco exiſtens ita fortiter mordeat lapidē in tertio loco: vt ignis inde proſileat: ꝛ deinceps ignis ille in q̄rto loco incidat in ſetas ſeu pilos porci in q̄nto loco exiſtentis. Et po-

stea porcus existens in quinto loco: arborem in sexto loco existentem euertere conatur vel de facto euertit ꝛc̃. Et ista colligantia vtraq; valde vtilis est in hac arte.

Particula.xij. De memoria artificiali per cathenam habenda.

QVidam aliū modū artificialis memorie tradere velle videnť: quā cathenam seu concathenationē vocāt: maxime ex illa radice qua Cicero iubet vt accipiam⁹ imagines multa agentes: vt si memoriā habere voluero de hoie equo: lapide: igne: porco: arbore: ꝛ sic de multis alijs ex his oibus vnā cathenā efficiā sine p̄fabricatis locis: vt in p̄cedenti pticula colligātia illoꝝ figurata ē. Et iste modus virtualiter eq̄parať imagini multa agenti: q̄si illā totam cathenā tanq; vnā talē imaginē cōsiderem⁹. Hec est etiā ipossibile quin talis cathena p̄sideret in aliq̄ loco vero vel ficto: sicut ꝛ relique imagines: vt in p̄cedenti pticula fit: lz forte nō sit necessariū eā in aliquo loco p̄fabricato ꝛ p̄meditato statuere: sed indifferenter in loco q̄cunq;. Quibusdā autē videť memoria per talem cathenā vtilis valde. Primo q̄ nō req̄rit locos p̄fabricatos. Alia vero locos tales req̄rit q̄bus vti non possum⁹ nisi a veterib⁹ imagīnib⁹ sint planati. Secūdo quia p cathenā incidimus de primo in primū sine memoria. In memoria vero p locos incidit mediū. Tertio: q̄m cathena est infinite capacitatis: loci vero numero cōstant finito. Hec reprobo modū istū. Sed hoc habet incōmoditatis: q̄ nō sit facile semp repire modū concathenādi ꝛ cōnectendi quodlibet cū q̄libet. Itē ex concathenatione ꝓpter ꝓpinquitatē rerum concathenatarū poterit frequenter euenire cōfusio rerū memorandarū. Itē in cathena tali nō poterit prompte sciri q̄tū in ordine sit vnūquodq; memorabile: nisi semp ab initio computemus. Et idcirco artificialis memoria per locos ꝛ imagines mihi magis vtilis ꝛ facilior esse videtur.

Particula.xiij. q̄ quattuor sunt noticie omniū materiarū p̄o formandis imaginibus.

Sunt autē quattuor noticie omnīū materiarū quarū memoriā habere volum⁹: p q̄s formant imagines vt q̄dā tradunt. Prima est quo ad intellectū. Secūda ad sonū vel vocē q̄ idē est. Tertia quo ad initia dictionū ꝛ illarū ꝓuenientiā quā habēt ad alias dictiones significatiuas. Quarta p scripturā: q̄ se habet tāg̃ mediū in alijs trib⁹. Exēplū prime: vt ibi: Beat⁹ vēter q̄ te portauit: p imagine illi⁹ auctoritatis locāda ē btā virgo q̄ hoc fit ad intellectū vel sensum Sic̄r ctiā p illa auctoritate: Arbor bona fract⁹ bonos facit: locāda est vna arbor realis p imagine. Et sic hmōi sic̄itudinib⁹ rerū cōpositarū: videlicet auctoritatū vt sermonū formant imagines rōnis sensuū totaliū auctoritatū: vt sic sensus totalis alicui⁹ auctoritatis applicet loco p aliquā sic̄itudinē: vt iā dictū est. Exēplū secunde noticie quo ad sonū vel vocē formando imaginē: vt ibi liberū arbitriū p imagine isti⁹ dictionis ponēda ē arbor cū libris: vel p ista auctoritate: Ab humana natura deuiat qui scientiā ꝛ intelligentiā nō desiderat. Ponat abbas in loco p imagine: vel p ista auctoritate: Ignorantia inest homini: ponat ignis in loco p imagine: ꝛ tūc occurrūt auctoritates ille tē. Exēplū tertie noticie: q̄ se habet p initia dictionū: ꝛ illū: ꝛ illarū cōuenientiā quā habēt ad alias dictiones significatiuas: vt ba va na. Iste dictiones p se nihil significāt: sed imagines earū sic accipere possumus. Pro ba enī imaginādus est baculus ad locum. Pro va imaginānda est vacca ad locū. Pro na imaginemur virū cum longo naso: cū memorari poterim⁹. Exēplū quarte noticie videlicet scripture: q̄ se habet tanq̄ mediū in alijs trib⁹ noticijs: qualiter in eadem imaginū formatio fieri debet. Aduertendū q̄ illa habet p se vnā litterā vel duas sm q̄ materia incipit: ꝛ tales ifē imaginānde vel applicande sunt ad locum in magna q̄titate: sic imaginādo q̄ loc⁹ vix possit capere. Et q̄ imaginatio est libera: tūc ita cito imaginānda est scriptura magna sicut parua. quia magna citius obijcitur intellectui ꝛ visui per imaginationem: vt superius dictum est q̄ imagines debent esse rare: miraculose: quia de quanto rariores seu mira

bilior fuerit imago: de tanto memoria erit recentior et magis firmior. vt ꝑ illa auctoritate. Illa que scimus pauca et modica sunt respectu illorum que ignoramus. quia eius scriptura incipit ab i et l. Ponamus pro imagine magnū I ⁊ magnum L ad locum. ⁊ tunc memorando statim occurrit initiuꝫ illius auctoritatis scꝫ Illa. Et sic quando nulla aliarum noticiarū occurrit pro noticia materie: tunc applicatio scripture seu noticia scripture semper est prompta. Et illa omnia plus in practica patebunt: ⁊ exemplari viue vocis ostensione seu declaratione. quoniā viua vox magis docet q̄ꝫ scriptura.

Particula. xiiij. De vborū memoria. S

Tripliciter possūt imagines sumi verborum vt quidam alij exponūt. Uno modo ex rebus quas significāt. Secūdo modo ex rebus alijs seu alijs verbis: propter aliquā habitudinez quam habent ad ipsam. Tertio modo ex syllabis. Imagines prime nō valent nisi ꝑ verbis seu dictionibus significatiuis: vt si velim memoriam habere huius dictionis lapis: statuā in aliquo loco memorie imaginē illius rei que est lapis: ex cuius imaginis occursu dicti nominis cum oportuerit recordabor. Sed contra hoc obijcitur. Nam cum ea res que lapis est pluribus nominibus significetur. que sunt lapis/petra/saxum/silex/⁊ etiā alijs multis nominibus grecis: hebreis: ⁊ barbaris. Si quis pro memoria vnius illoꝝ nommū huius scripsisset imaginē: poterit ea dubitatione confundi memoria: vt ignoret pro quo illorū nominū imaginem sumpserit. Ad hoc dicendum est ꝙ hoc verum esset: nisi in hac parte per naturalem memoriā ars viriliter adiuuaretur: eodem modo sicut de imaginib⁹ equiuocis est superius dictum. Secundo modo possunt sumi verborum imagines ex habitudine quadā aliarū rerum aut aliorū verboꝝ ad ipsa verba memoranda: vt si velim habere memoriam horum verboꝝ. Libertas seruatur iusticia: pro imagine huius nominis libertas acciperē librum pro imagine huius verbi seruatur acciperem ceruam. et pro imagine huius

nominis iustícia accipiam⁹ imaginē iuris exp̄ssi ex vuis aut alijs herbis. Et iste modus p̄t valere ꝑ verbis seu dictionibus significatiuis q̄ nō significatiuis. Tertio modo poterunt sumi verbor⁹ imagines: adaptando cuilibet ei⁹ ſyllabe imaginē rei significate ꝑ dictionē cui⁹ p̄ma ſyllaba est similis illi: vt in p̄cedenti particula etiā ponit: vt si vellem habere memoriā huius dictionis nō significatiue acelipo: hoc quattuor imaginib⁹ facere p̄tero. vñ in p̄mo loco ponā imaginē aque. In secūdo imaginē cepe. In tertio imaginē libri. In quarto imaginē pomi. Et qm̄ aque p̄ma ſyllaba est a. ⁊ cepe p̄ma ſyllaba est ce. ⁊ libri p̄ma ſyllaba li. ⁊ pomi prima ſyllaba est po. Et sic ex dictis imaginib⁹ redire possumus ad memoriā hui⁹ dictionis acelipo. Et si vellemus: possumus ex omnibus his imaginibus: quasi vnā conficere: ⁊ in vno loco collocare per modū superius dictū de imagine multa agente. Et isti duo vltimi modi valent tam p̄o dictionibus significatiuis q̄ nō significatiuis: inter quos vltimus satis puerilis videt: tamen valere videt ad memoriā exercitandam.

Particula. xv. De memoria terminorū substantialium ⁊ accidentalium.

Amplius terminorū seu nominum substātialiū q̄dā sunt appellatiua/ quedā ꝓpria: Iterū substantiarū q̄dā sunt vniuersales: quedā singulares. Vniuersales substātie quātū hic sufficit sunt q̄ ꝑ noīa appellatiua substātialia significāt. Singulares vo q̄ ꝑ noīa ꝓpria significant. Ad memoriādū igit sbam vniuersalē vl nomē appellatiuū talē sbam significās. ponat sititudo vl imago talis substātie i demōstratiōe loci aliqō mirabile. ridiculosū: iocosū turpe vl inusitatū: agēs vel patiēs. Et dicit notāter agēs vel patiēs aliqō mirabile. qz quāto mirabilior fuerit actio vl passio imaginis: tāto diuturnior erit memoria. Ad memorandū vero substātias singulares vl nomē ꝓpriū talē significās: ponat in loco imago hois magis nō rōne laudis. vituperij vl cōuersationis vel alteri⁹ huiusmodi: qui tali noīe ꝓprio nuncu-

patur: que imago etiã aliqđ mirabile agat vel patiat: vt sepe dictũ est. ¶ Sed ad memorandũ accidẽtia seu terminos accidẽtales: sufficit ꝑ quolibet tali ponere in suo loco imaginẽ sui subiecti: in q̃ est ꝑ excellentiã vel ſm veritatẽ: vl ſm opinionẽ memoratis. verbi gratia. Ad memorandũ albedinem sufficit ponere imaginẽ cigni vel niuis vel margarite: in qb⁹ albedo est ꝑ excellentiã: ⁊ ita de alijs. Ratio autẽ huiꝰ ẽ: quia memorato tali subiecto: difficile est accidens ꝑticulare ignorare. Et q̃a q̃busdã noib⁹ accidentalib⁹ vel dantib⁹ accidentia intelligere q̃dã alia deriuant: ideo notande sunt hic aliq̃ regule ad ꝓpositũ vtiles: quarũ ꝓma est. Omne nomẽ significãs substantiã in quo est aliqđ accidens ꝑ excellentiã: dat intelligere duo. ꝓmo substantiam: ⁊ accidens secũdario. Verbi gr̃a. Lupus dat intelligere aĩal ⁊ voracitatẽ. lepus aĩal ⁊ timiditatẽ. monialis femina ⁊ castitatẽ. philomena auẽ: et cantũ: ⁊ sic de alijs. Secũda regula. Omne tale nomẽ vt in plurib⁹ ꝑ illo secundario q̃đ dat intelligere põt cõparari: siue fuerit nomen ꝑticulare: vt ibi. Qui sedet in sede ganimedior est ganimede: siue fuerit appellatiuũ. vt ibi. Trigide trigidior: vsior vsa femina lesit. Tertia regula. A tali noie ꝑ illo secũdario q̃đ dat intelligere. vt i plurib⁹ descẽdit nomẽ adiectiuũ: vel etiã v̈bũ vt a rosa descẽdit roseus a. um. ⁊ silr roseo as. are. Quarta regula ⁊ ꝓncipalis in ꝓposito ad memorãdũ dictiones deriuatiuas: siue fuerint noiales: siue verbales: siue participiales: vt in plurib⁹ sufficit habere memoriã sui ꝓmitiui eo q̃ deriuatiuũ sapit naturã sui ꝓmitiui. ✠ Ampli⁹ ad memorandũ dictiones ignotas etiã grecas vel hebraicas aut latinas nõ vsitatas ꝑticulas imagines nõ habẽtes: recurrendum est ad. xiij. particulam et. xiiij. superius positas.

Particula. xvi. De memorando propositiones: auctoritates ⁊ versus.

OMnis propositio autoritas et oratio simplex in ꝓposito ex dictionib⁹ significatiuis ꝓstituit ex q̃rũ vnione vnũ totũ significatũ resultat: q̃đ obiectũ illius

ꝓpositionis auctoritatis vel orationis appellat. Y Ad memorandū igit ꝓpositionē vel auctoritatē: sufficit ꝑ qualibet tali accipere obiectū suū ꝑncipale: ⁊ illud in suo loco collocare. quo memorato etiā habet memoria talis ꝓpositionis auctoritatis vel orationis. Cui⁹ ratio est. qꝛ signū ⁊ signatū correlatiue se habēt: ideo vno cognito statim cognoscit reliquū. Et ꝑ cōsequens vno memorato memorat ⁊ reliquū: vt etiam in. xiij. particula supius mentionatū est. Z Sed ad memorandū versus duo sunt modi: q̄bus versus memorie mandare possumus. Primus est ꝑ viā sententie: ita scꝫ vt a quolibet versu extrahamus sententiā meliori modo quo hoc fieri pōt. Et pro illa imaginē in suo loco collocemus: iuxta predictā doctrinā de memoria ꝓpositionū traditā. Secundus modus est per viā repetitionis: ita scꝫ ꝙ accipiant due vel tres dictiones principales ipsius versus. ⁊ cū illis legatur et repetat totus versus bis vel ter: Sic em̄ ars multū iuuabit naturā. Metrū em̄ ex sui natura iuuabit ad tria: vt poeta dicit. Metra iuuāt animos: comprehendunt plurima paucis. Pristina cōmemorant que sunt tria grata legenti.

Particula. xvij. De artificiosa memoria argumentorum. AA

Ex quo in memoria argumentorum requirit promptitudo: nō expedit vt ꝑ q̄libet dictione propria imago in suo loco collocet. Unde ad memorandū argumēta ⁊ rōnes syllogisticas: sufficit habere memoriam medij: qd̄ fit ꝑ ꝓprie imaginis in suo loco collocationē. Cui⁹ ratio est. quia Aristo. dicit in prioribus analeticis. Medium est tota vis ⁊ virtus syllogismi: ⁊ cuiuslibet argumenti ad syllogismū reducibilis. Sed quia ars inueniendi mediū ꝑm doctrinā eius ibidem traditam: que habetur in his versibus. Fecana cageti dafenes hebare edaco ⁊c̄. Maiorē habet difficultatem q̄ꝫ presens negocium requirat. Ideo pro inuentione medij sufficit inuenire causam illationis ipsi⁹ conclusionis. Pro cui⁹ facili inuentione datur hec regula. Si quis ve-

lit habere mediū siue causam illationis alicui⁹ ꝓpositionis illam in mente reuoluat ⁊ ꝓsideret: Si ei per modū questionis ꝓponeret: quid ad eā responderet: ⁊ quid ad eam probandā assumeret: ⁊ illud erit sufficiens causa ⁊ mediū inferendi talē propositionē. Ratio: quia sicut cognita causa cognoscit effectus: ita habita memoria cause habet memoria effectus. Verbi gratia sic arguendo. Omne currens habet pedes. Iste est currens: ergo iste habet pedes. Ponemus vnum currentē in loco per imaginationē longitudinē pedū habentē. Vel quicunq; peperit habet lac. Mulier peperit: ergo mulier habet lac. ponendo mulierē lactantē puerum in loco suo pro imagine. ⁊ sic de alijs argumentis.

Particula. xviij. De artificiali memoria orationum prolixarū premeditatarum vel auditarum ab alio et sermonum. BB

CVm autē in scholis legere aut ad populū ꝓdicare: aut coram iudice aut cōsolatu aut ꝓside aut concione: orationē ꝓmeditatā volem⁹ exponere: facillimū est ipsi⁹ orationis in nobis ꝓfabricare memoriā quantamcunq; plixitatē: aut qualēcunq; diuersitatē: ⁊ multitudinem coherentiarū ⁊ verboꝝ contineat. Sed cū retinere volemus ea que illico p aduersariū: aut alīū quēlibet audim⁹ proferri: plures incidunt difficultates. Nā aut is qui loquit modo boni oratoris: ordinē seruat in dicendo. Aut fluctuās incidit in finem ex principio: ⁊ deinde in mediū: aut alia qualibet de ordinatione vagat. Si ꝑ mū min⁹ erit difficile cōmendare memorie. Si secundū: erit sepe multū difficile. Vnde cū audimus alīū ordinate loquentē: oportebit omniū suarū coherentiarū: ⁊ nōnunq; quorundā verboꝝ habere memoriā. Nā cū ordinate ac debite loquit: nullā coherentiā profert inutilem. ꝓpter quod omniū memorari oportet. Sed quoniā in ipsis coherentijs plurima verba cōtinent ad sententiam seruiētia: que nihil nobilitatis continent: quin satis sit coherentie sententia comprehensum: non erit necessarium illorum verborū

ingeniari memoriã. Alij tamẽ interserunt in ipsis coherẽtijs verba qñq̃. q̃ nõ nihil nobilitatis designãt: qd̃ possit in nuda coherẽtie memoria nõ cõplecti. Quocirca taliũ verborũ imagines sũt etiã scribẽde memorie. Itaq̃ cũ aliũ audiem⁹ bene loquenttẽ: ipsum tota mẽtis attẽtione debem⁹ audire ⁊ suaꝝ coherentiarũ distinctiones ꝑcipere. qd̃ faciem⁹ si in principio totũ animũ nostꝝ aꝑplicuerim⁹: vt ꝑcipiam⁹ ꝑ quid exordiat: vt forte ꝑ vnã vel plures coherentias. Deinde q̃d narret: vt forsan vnũ vel duo vel tria per ordinẽ discõtinua tamen. Deinde q̃d patiat. Deinde quib⁹ ⁊ quot vtatur rationibus et cõfutationibus discontinuis: ⁊ sic de alijs que dici possunt. Et tota difficultas que in isto videtur accidere non est aliud nisi ꝙ sepe nõ satis percipitur coherentiarũ distinctio. Unde põt accidere ꝙ q̃uis oratio ꝓlixa videat: non tamen centum aut mille coherentias continet sed paucas: vt tres vel quattuor aut decem. aut viginti: aut alio non magno numero. Et hoc ꝑcipietur ab auditore attentissimo: adeo sepe: vt cum audiat principium alicuius coherentie: aut parum sit progressum in ipsa: intantũ comprehendat eius virtutẽ ⁊ intentionẽ: vt sibi sufficiat ad eius notam fabricandã ⁊ inscribendã alicui suorũ locorum: etiam anteq̃ dicens ad finẽ eiusdem coherentie venerit. fabricataq̃ eiusdem coherentie nota: si in ipsa sit dictuꝫ aliquod verbũ: quod notandũ sit vnum vel plura: illius vel illorum notas: ꝑm premissam de verbis doctrinã in cõsequentibus locis collocare debebit: aut in eodem loco per imaginẽ multa agentem: de qua superius extitit dictum. Et ita consequenter ⁊ pari modo coherentijs que sequuntur in earũ verbis: oportebit intendere totis diligentie viribus ⁊ earum notas sequentibus locis depingere: vtiq̃ coherentiarũ omniũ suorum notabilium verborum note vel imagines solidius retineantur. Oratione finita bis vel ter transcurri debebunt. Et ita tum per diligentem auditionem et attentionem: tum coherentiarum distinctionẽ tum imaginũ seu notarũ collocationem. tum earum seriosam ⁊ impressiuã meditationẽ adipiscimur firmã eorum memoriã que per aliũ erũt ꝓlata intantũ vt cũ ea repetere: aut in ipsoꝝ aliqua dicere voluerimus: ipsa

possumus ex memoria nostra palã edicere. Et ꝗuis partes orationis inordinate difficilius memorenť: eo ꝙ coherentias incõpletas sepe continent: ꝛ sibijnuicẽ particulas diuersarum coherentiarũ cõmisceat. Nihilominus quantũ poterimꝰ: per eandẽ formã erit necessario procedendũ: per quã in eruditione orationis bene composite nunc est ꝓcessum. Eadẽ eñ est ars vbiq̃. Sed oratio inordinate composita est ꝓceptis artis magis rebellis. Ista ꝛ multa alia in hac materia artis memoratiue: nõ necessitatis causa posui vel tradidi: sed ornatꝰ gratia. Et vt habeatis precepta doctorum etiam ad alias res inserutentia. ¶ Verum ad propositũ nostrũ: cum volumus sermonẽ: collationẽ: vel aliam historiam faciliter memorari: diuidamus sermonẽ vel collationẽ ꝛc. in propositiones seu articulos principales sententiarũ. Deinde locemus quẽlibet articulum in suo loco. Et si practici fuerimus abundantes in materia. sufficiet principalium diuisionẽ fieri partiũ ꝛc. Si vero abundantes nõ fuerimus: tũc necesse est vt quelibet pars principalis adhuc in minores partes seu clausulas diuidatur ꝛ subdiuidať. Illa eñ diuisio ꝙ partes facilius particulatim leuať q̃ tota simul. Et tũc pro qualibet clausula imago in suo loco ponať eo modo quo dictũ est de ꝓpositionibus et orationibꝰ simplicibꝰ. Vel sic posset se quis habere in sermonibus: collationibꝰ: aut historijs. Primo diligenter sermonẽ distinguat in sua membra ꝓncipalia. ꝛ tũc primũ membrũ principale ad primũ locũ ponat prime camere: ꝛ membra eiusdem principalis partis ad alia loca sequentia eiusdem camere. Et secundam partem principalem ad secundã habitationẽ et ad primũ locum eiusdem camere seu habitationis. Et alia membra ad loca sequentia ibidem. Et sic de tertia parte principali cum suis subdiuisionibus. Ratio doctrine est: quia sicut confusa vnio multoꝝ est causa erroris ꝛ obliuionis: ita ordinata diuisio est mater intelligẽtie ꝛ memorie. Et horum omnium doctrix est practica.

Particula.xix. Que et qualis sit vtilitas huius artis

Modus autē quo sit vtilis ars memoratiua: similis est ei qui in ceteris artib⁹. Cui cuius naturalis memoria si esset perfecta: foret multo magis egregia hac artificiali. Quia tñ fere nemo mortaliū eā vnq; pfectā habuit aut habebit: necessariū est ipsius defectū p artificiosam memoriā adimplere. Sed quāto naturalis memoria fuerit magis egregia data: tanto p artē celerius cōsequet aliquā admiratione dignā cōmemorandi virtutem. Quantoq; natura memorādi debilior: intantū artis memoratiue gloriā cōsequet minorē. Quēadmodū eīm ex natura pmū mediocriter pingentes: artis pcepta crescūt in pictores egregios. Similiter cantores citharedi ⁊ ceteri artifices: ita qui naturali memoria pollent: quasi deo dignā atq; admirabilē mundo conse quunt artificiosam cōmemorandi virtutē. Ceteri vero min⁹. Cunq; talis memorādi sit adepta potentia: ad duo repletur valere: videlicet retentionē pmanentē et trāsitoriā. Retentio pmanens est p quā aliquā scientiā ordine traditā: aut aliud similē scientie: vt iure statuta p legislatores. aut alia talia: ppetue memorie cōmendamus. Retentio trāsitoria est: p quā doctor lectionē aut disputationē. p̄dicator sermonē: aduocatus postulationē: ⁊ alij quedā alia ad modicū tempus: vt forte tñ vno vel duob⁹ aut paucis dieb⁹ satagūt memorari. Ad quālibet autē harū retentionū valet vterq; modus cōmemorandi prius dictus. videlicet quorum vnus est p locos ⁊ imagines: alius p cathenā. Sed in hoc est differentia: quia in primo modo pro qualibet scientia oporteret alios ⁊ alios preparatos locos habere: vt forte pro grammatica centū vel ducentos. pro geometria vero alios ducentos vl' trecentos: ⁊ sic de alijs. Et huiusmodi locis nō possem⁹ vti nisi ad illā scientiā que sic foret in ipsis descripta. In cathena vero nō sic: vt superius patuit: eo q; tñ vnū amplū locū occupet continentē totā cathenam. quo circa ad retentionē perpetuā magis valere videtur cathena. Quantū autē vtilitatis vtraq; dictarū retentionū: contineat fere non est necessariū dicere. Nam retentione scientiarum quid potest esse clarius: que cum alij libros habentes

